Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTONIO DE NEBRIJA

ANTONIO
DE
NEBRIJA

Universidad de Deusto
Biblioteca

807.1-5
N27a
441119

40000441119

Universidad de Deusto
Biblioteca

180394

HABES IN HOC VOLVMINE LECTOR CANDIdiſſime áælii Antonii Nebriſſen. artem litterariam cum eiuſdem exactiſſima expoſitione hiſpali cũ ille præfuiſſet nouiſſime emendatam. Eſt præterea opſculũ compendioſum de proſodia ſiue accentu quod de dictionibus hebraicis barbaris ac peregrinis ídem auctor nuper edidit. Additæ ſunt etiam pro adoleſcentũ utilitate Antoníimancinelli figuræ cõpendioſiſſime ubí nõ modo q̃ Donatus uerũ quæ Fabius Quintilianus & alii de figuris diſſeruerũt ille dulci quodam ſtilo diſcerpſit.

UNIVERSIDAD DE DEUSTO - BIBLIOTECA

ESTUDIOS S... BILB...

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVCTOR AD ARTEM

O mihi. Alloquitur artem suam Antonius quasi filiam quandam ex se genitam. que cum sit multo iam tempore domi case integreq; ab illo educata: iubet ipsam valere: atq; ex latebris domesticis in lucem emittit. Quod tamen virgo est etasq; lubrio exponit. a: addit illi glossemata quasi comites stipatores q;: que illam deducant atq; ab inuidoru iniuria defendat: asserantq;. Dat. illi preterea mãdata: vt suo nomine salutet discipulos quoscũq; aut vbicunq; nacta sit. Imperat quoq; illi vt in primis regiam domum reuerenter adeat: vbi non omnino erit hospes: quippeq; illic sit inuentura sorores. fratresq;: ad quos diuertat. Deinde pcipit vt suis verbis pau ca Regine ipsi dicat. O iquit ars mea: quam genui. Translatio frequens est: nam eo modo Poete opera sua dicũtur gignere atq; amare quo parentes filios. Auctor est Aristoteles in libro ethico. viij. Tempus in omne. i. eternum. Sic Oui. Effice me meritis. tempus in omne tuũ. Et Ver. Salue mihi maxime Palla eternumq; vale. Tẽpus in omne. Jucunda repetitio. Sappho poetisse frequentissima. Tuus genitor. i. auctor. perstatq; in allegoria. Habet quod possit addere aut demere. Nam in recte factis vt ait Aristoteles. ij ethicorum. nec addi: nec detrahi quicq; potest.

Et te iam grandem: Ac si dicat nubilem ac viro maturam. Exire latebras. Vbi ante hac latuisti. Et viuere in media luce. i. versari i oculis hominum ac frequẽtia. Sed ne sola. Quod in virgine periculosum est. Glossemata. i. glossulas. sic enim greci appellant que auctorum lectioni enarratores de suo addunt viua: vt aiunt: voce.

Que te circumstent. i. satellicio quodam stipent eodem namq; modo glossule apponuntur lectõi quo stipatores cingunt latus atq; circunstat eum quẽ comitantur. Quolibet. i. in quãcũq; partem

Comitata his. s. glossematis. Vulgus. i. multitudinem imperitã. Verba maligna. Ab inuidia detractorũ nascentia. Qui sc; homines imperiti ⁊ detractores. Cũ non agnoscant te. i. intelligant quid contineas. Mera somnia. i. pura ⁊ que nihil significent nam sunt etiam aliquid significantia illa: que sunt videlicet pituita purgatissima. Martis. semper mane mihi de me mera somnia narras. Vergilius in buco. An qui amant ipsi sibi somnia fingũt? Versus nihili. Ociosos ⁊ nullius momenti. Supposuere meis. i. quasi suppositios inseruerunt. Jto bonis auibus. i. auspicijs felicibus. Antiqui enim sine augurio nihil incipiebant. Impertire salute multa. i. saluta meis verbis discipulos meos. sic Therentius in Eunucho. Plurima salute Parmenonẽ summũ suũ impertit gnato. vtroq; enim mõ declinatur impertior ⁊ imptio. Utrosq; sc; discipulos ⁊ discipulos discipulorũ. At si forte. Quia permittit auctor artem suam libere vagari: suadet illi vt domũ regiam in primis adeat. Auguste limina id est Regine. nam vrores cesarum Auguste appellãtur. Ter. j. ene. Perge modo atq; hinc te regine ad limina perfer. Nullo. i. nullo alio in loco. Tota ianua. Sic Martl. Nulli tota magis ianua poste patet. Sorores. Duas artes grammatices. Alterã: quam ipsius Regine imperio e regione versuum Hispaniensem fecimus. Alterã in qua sermonẽ Hispanũ sub regulas atq; artis precepta cõtrarimus opus eiusdẽ Regine auspicijs editum. Que te subcollent. Humero ⁊ collo ferant. Varro in. ij. de re rustica de apibus regem inquit suum sequuntur ⁊ fessum subleuant. ⁊ si nequit volare: subcollant. Sueto. in Othone. Donec omissa meta subcollatus. Preterea fratres. id est duo vocabularia. Alia matre. id est diuersa vocabulorũ materia. Mã Alterũ ex sermone latino in hispanũ. Alterũ ex hispano in latinas cõuersum dictiones. Forma vero est: quam ars inducit. nomina ⁊ verba aliasq; partes oratiõis quadrãs ad sermonis structurã. vñ signãter dixit Alia matre: alludés ad materiã vocabulorũ. Gemellos. Quia simul geniti atq; editi sũt. Latio. i. latino sermõi. Iberũ. i. hispanũ. Si regina qd ipi regine dicat odidit. Mõ nihil. Aliqd. ⁊ modeste de se logt: atq; ex Martiale sumptũ est. Qð si dicis o regina te dare nobis tempora felicia: ⁊ meus parens sua doctrina facit secula vestra illustriora.

Ad artem suam auctor.

O mihi per multos caste nutrita labores.
Ars mea: quam genui: tempus in omne uale
Tẽpus in omne uale: neq; enĩ tuus addere quicq̃:
Sed neq; quod genitor demere possit: habet.
Quem sua nunc ætas opera ad maiora remittit.
Queq; sibi fuerint inuidiosa minus.
Et te iam grandem latebras exire paterni
Liminis: & media uiuere luce decet.
Sed ne sola domo uadas: glossemata iunxi:
Quæ te circumstent quolibet ire uelis.
His comitata metu posito contemnere uulgus:
Et detractorum uerba maligna potes.
Quí nõ agnoscant cum te: mera somnia fingunt.
Quí nihilí uersus suppoſuere meis.
Ito bonis auibus: tamen impertire salute
Multa: discipuli sint ubicunq; mei:
Siue ego quos docui: uel si quis doctus ab illís.
Nam licet: & fas est dicere utroſq; meos.
At si forte roges: quo primum uertere cursus:
Quamq; tibí iubeam protinus ire uiam:
Te prius ad nostræ hínc Auguste límina perfer:
Nuſquam tota tibí est ianua aperta magís.
Inuenies illíc ab eadem stírpe sorores:
Quæ te subcollent excípiantq; sinu.
Altera: qua nostro mutatur sermo latinus:
Altera: quæ hiſpane nectere uerba docet.
Præterea fratres alia sed matre gemellos
Inuenies: quos tu non aliena petes.
Alter enim Latio sermonem reddit Iberum.
Alter ab Hiſpanís uerba latina refert.
Sí Regina tuos repetet uoluetq; líbellos:
Vtq; ſolet: uultus forte serenus erít.
Pauca tui refers memor hæc mandata parentís.
Temporibus uestris non nihil iſte dedit.
Quod ſi tu nobís fœlícia tempora donas:
Et meus illustrat sæcula uestra parens.

PROLOGVS.

II

Aelius Antonius Nebrissensis Isabele Principi sue. S. D

Cum introductiones meas preclarissimo tuo nomine recognitas atq; interpretatas edere cepissem: multi a me petierunt: vt illum ipsum prologum quo sum celsitudinem tuam prefatus: enarrarem: tũ quod propter eas antiquitates: que in eo perstringuntur: subobscurus atq; difficilis cognitu videretur: tum etiam q; rei litterarie professores a prohemio librorum semper auspicari consueuerunt. Et quãq; multa erant que me id facere prohiberent, tum q; cõmentarios cõmentarijs inculcando nimio apparatu tempus insumebatur. tum q; officium interpretis est multa in cõmendationem auctoris illius dicere: quem exponit: tum denicq; q; nullo exẽplo aut perq; raro id fieret: vt quisq; auctor opus suum interpretaretur: gessi tamen illius morem quibus nihil denegare potui. Expositionem igitur prefatiõis aggrediamur. Ad optimam eandemq; maximam. In titulo siue indice siue inscriptione cuiusq; operis duo precipue annotanda sunt: nomen auctoris ⁊ subiecta libri materia. Quidam addunt ⁊ personam: cuius nomine opus illud inscribitur: que si expressa non fuerit: nihilominus tamen intelligimus librum publice lectorum vtilitati dedicatũ. Auctor igitur est Ael Antonius Nebrissẽ Grãmaticus. Materia est recognitio cum cõmentarijs introductionum suarum quas de sermone latino iam bis ediderat. Persona cui opus dedicatur: est optima eandemq; maxima Augusta Jsabela. Titulus non: vt quidam furore perciti diuinant: a titane hoc est a sole dicit: quia illustrat: qua de re in alio opere disputatur. sed auctore Festo titulus a tutando venit. quia tuetur ⁊ prohibet. ne plagiarius quispiam librum alieno labore partum pro suo edat. Index vero dicitur ab eo quod ⁊ auctoris nomen simul ⁊ materiam indicat. ⁊ quasi digito demõstrat. Inscriptio quoq; appellatur. quia prima statim fronte atq; libri initio inscribitur. Sed quãq; ordo nature desiderat vt nomen auctoris preponi debeat. deinde materia subiungi: tum demum persona: cuius nomine opus editur: nos inani quadam ambitione persuasi omnia inuertimus. postponimusq; quod fuerat preponendum. Pari sunt in errore qui in hunc modum loquuntur. Rex ⁊ tu ⁊ ego venimus. Nam si verum est quod grammatici dicunt verbum digniori respondere debere. eadem ratione dicendum fuit. Rex ⁊ tu ⁊ ego venit. Quod non minus absurdum q; ridiculum est dicere: quoniam in orationis serie non tam rerum dignitas q; personarum ordo desideratur. Quare in titulo dicendum fuit potius. Aelij Antonij Nebrissen. Grãmatici prefatio. in recognitionem cõmentariosq; introductionum suarum ad optimam eandemq; maximam Augustam. Sed quoniã auctor est Aristoteles multitudinis arbitrio loqui oportere: sentiendum vero esse cum paucis in titulo qui multitudini legendus proponitur. Augustam nostram antepositimus. Ad optimam eandemq; maximam. Ego non alio potiſsimum dignitatis epitheto dignatus sum Hispaniarum reginam: quã quod antiquitas dedit suo Joui: quem Grecia in arce diuinitatis cum posuisset. Optimum maximumq; appellauit. Optimum videlicet propter beneficentiam. Maximum vero. quia supremum gradum in vniuersitate rerum obtinere putabatur. Jdẽ prope valeret si dixissem Ad altissimam: eandemq; clarissimam Augustam. Nam altissimũ est quod in summo rerum fastigio collocatum est. Clarissimum vero: quod virtutis splendore conspicuũ atq; illustre redditur. vnde gloria illa resultat quam Licero dicit esse consensum bonorum atq; incorruptam vocem bene indicantium de excellenti quadam virtute: tametsi in epistolis ad Lucillũ Seneca gloriam a claritudine distare putet. vt gloria sit consensus multorum claritudo vero tantum bonorum. Quod vero nonnulli reges serenissimos appellant id neq; vsitate neq; propie neq; latine dicitur. Nam si vultus serenitas que animi tranquillitatem promittit: virtus est. si iustitia. fortitudo. leuitas. grauitas. magnitudo animi. largitas. beneficẽtia. liberalitas virtutes regie sunt. vt Licero pro rege Deiotaro scribit. non minus tamen ad subditos pertinent. Regũ igitur propria est celsitudo claritasq;: ⁊ si ambitiose nimium Vlpianus in libris digestorum titulo de senatoribus dicat senatores quoq; posse claros appellari. Augustam. Quemadmodum vrores regum Regine. sic imperatorus vt vulgus loquitur non Imperatrices sed Auguste appellãtur. Augustam igitur diximus siue ab augusto augurio q; huius auspicijs res omnis Hispana restituta est siue ab augendo: quia ipsa vires subministrante ductu atq; imperio dulcissimi coniugis res publica Hispana aucta propagataq; sit. Jsabelam. Hispanus sermo nomẽ hoc a diui Joannis baptiste matre Elisabe vt Hebrei dicũt. siue Elisabet per. t. exile in fine detorsisse videtur. atq; vt Greci vtrobiq; penultima acuta. non Elisabet per. th. atq; accentu acuto in fine vt corrupte in oibus libris legebatur proferebaturq; corruptius. Sed quia declinationis latine ratio exigebat vt ab Elisabet Elisabeta diceremus. idq; durum tum plerisq; tum eidem ipsi regine visum est: ab Jsabel voce hispana nouo nomine Jsabelam potius q; ex Elisabeth voce hebraica Elisabetam fecimus. Huius nominis tertiam. Prima namq; huius nominis regina fuit Lodonici illius filia qui primus in Gallia hoc nomine regnauit. quã duxit vxorem Alphonsus ille qui Hispaniarum Imperator est consalutatus. Secunda fuit huius nostre ex Joanne secundo mater felicissima. Hispanie. Nec a grecis ab ibero amne siue ab iberibus. qui illam incoluerunt. Iberia dicta est A latinis vero Hesperia minor eadem ratione: qua Hesperia maior Italia est a grecis appellata. A iunioribus deinde ab Hispali Hispania vt nominaretur obtinuit. Ac insularum nostri maris. Quod vulgus Mediterraneum vocat: latini nostrum siue berculeum mare appellant. cum mediterranea potius dicãtur loca a mari remota. vt si dixeris Tolteum est vrbs mediterranea. Insularum vero ambitiose dixit: cum nõ omnium sit regina sed tantum Pityusarum. Baleariũ. Sardinie. Corsice. Sicilie. cum reliquis illi adiacentibus insulis. Reginam. Non qua ratione vrores atq; filie regum a latinis regine dicuntur. sed quia regnum hispaniarum illi dotale fuit. Aelij Antonij Nebrissen. grãmatici. Vt Aelius sit prenomen. Antonius nomẽ. Nebrissensis cognomen. Grammaticus vero agnomen ex professione sumptum. Solent multi a me querere cur Aelij prenomen mihi adoptauerim: cum prenomina gentilica esse debeant: hoc est familie cuiusq; propria. Quibus ego respondendum esse opinor hoc in loco simul omnibus. quod sum singulatim respondere solitus: illam videlicet fuisse mihi causam prenomen hoc assumendi. q; Nebrisse atq; in agro Nebrissensi complura sunt antiquitatis monumenta in quibus Aeliorum atq; Aelianorum familia marmoribus incisa leguntur. Licuit ergo mihi tã q; a maioribus meis hereditario quodam iure prenomen. hoc adoptare. cum presertim in tota Bethica Aeliorum familia fuerit clarissima. ex qua sunt Ael. Traianus. Ael Hadrianus Cesarum prestantissimi qui mihi fue-

Universidad de Deusto
BibliotecA

runt prope dixerim conterranei. Dicet vero quispiam. Aelij atq3 Aeliani: quos tu vicis Nebrissam tuam colu isse: quosq3 falso maiores tuos fuisse iactitas. quod ipsa nomina pre se ferūt: Romanos fuisse constat. qui post annos circiter septingentos a Gotthis. Vandalisq3 Nebrissa pulsi sunt: atq3 rursus Gotthi Roderico rege a Poenis Mauritanisq3: quos tandem post annos circiter quinientos Ferdinandus tertius omnium gentis gothice regum clarissimus atq3 perinde sanctissimus tam diuturna possessione deiecit. Quo igit iure qua ve iniuria tibi inde hereditarium nomen vsurpas: cuius stemma totiens interruptum est? His ego possum illud adhuc respondere. Et si fortuna illius oppidi: quemadmodum ⁊ aliarum rerum: sepe mutata est. licuisse mihi tamen a Romanis patrie quondam mee colonis: quorumq3 virtutis sum admirator: si non per naturam saltem per adoptionem: aut per Pytagoze palingenesiam: hoc est regenerationem: aut per Anaxagoze potius homeomeriam id est omnium partium atq3 membrorum inter se similitudinem. quam Maro quarto eneidis. libro figmi ficare visus est. cum Elissam his verbis inprecantem inducit. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor: qui face Dardanos ferroq3 sequare colonos. Nam quemadmodum Dido optat atq3 precatur: vt ex cineribus suis aliquando oriatur: qui iniurie sibi ab Enea illate sit vltor. quod hannibal postea fecisse putatur. eadem quoq3 ratione possum ego dicere me vnum ex posteritate Romanorum esse. ex quorum cineribus nō minus ego sum ortus: quam hannibal fuit ex ossibus Elisse. Antonius nomen est genti mee frequentissimum: quo nomine fuit mihi auus atauusq3 materni: viuitq3 adhuc iuxor Antonia que nomine quoq3 ipso proauiam refert. Nebrissensis De antiquitate illius oppidi quoniam multa in alijs quoq3 locis carmine ⁊ prosa oratione conscripsimus illud tantum in hoc loco non est dissimulandum: Nebrissam que alio nomine Veneria est appellata. Turdetanorum esse oppidum per q̄ vetustum in Bethica positum a Libero patre. quo tēpore victor Hispaniam lustrabat. inter estuaria Bethis quemadmodum auctores sunt. Strabo Plinius⁊ Ptolomeus: appellatamq3 Nebrissam a nebridibus dammarum pellibus quarum erat vsus in sacris: que Bacchus illo in loco instituerat: vicente Syllio Italico punicorum libro tertio. At Nebrissa dionysseis conscia thyrsis. Quam satyri coluere leues redimitaq3 sacra nebride: ⁊ hortano menas nocturna lyeo. Nam temporibus secundi belli punici iam floruisse Nebrissam atq3 singularem in eo bello operam Hannibali nauasse idem Syllius testatur. Grammaticus. Nomen est professionis: neq3 enim dedignati sumus nos a professione censeri: que nobis tantum honoris peperit quantum etiam me tacente obtrectatores mei confitentur. Prefatio. Sic latine dicitur. qui grece prologus sive prohemium appellatur. In recognitionē commentariosq3. Et cur vtrumq3 fecerit: causas in ipsa prefatione narrabit. Introductionum. Jam ab ipso statim operis initio profitemur nos nō artē grāmatices absolutā ⁊ cui nihil addi possit sed introductiones tantum latinas scribere: ne quisq3 possit calumniari nos aliquid omisisse eorum que ad grammaticen pertinere existimantur: quod assequi erat infiniti cuiusdam operis: quod magis obesse q̄ prodesse poterat ijs maxime quibus introductiones nostre scribūtur. Bis ediderat. Priores ad per3 Reuerendum patrem ac illustrissimum dominum Petrum Mendoçam. S. R. E. Cardinalem Hispanum. Que quia hominibus carmini Alexandrino assuetis non multum placebant. secundā adiecimus ad nobilissimum adolescentem Gutterium a Toleto: in qua illa tantum versibus completi sumus: que cum sint varia atq3 de rebus minutissimis disserentia. in promptu pueris habenda erant quod videtur posse facilius carmen de se prestare.

Thales ille milesius. Hec prefatio in tres partes distribuitur. Prima enumerat causas cur auctor introductiones suas iā bis editas recognouerit. Secunda cur in illas commentarios adiecerit. Tertia cur Isabele hispaniarum regine potissimum dedicauerit. In prima prefationis parte artificiosa quadam insinuatione vtit. Nam cū inconstantie ac leuitatis nec minus ignorantie signum videri posset totiens idē opus edere: excusat se auctoritate milesij Thaletis: qui cū aliquando interrogaretur quis esset sapiens: respondit tēpus q̄ omnia inuenit. Hoc igitur auctore dicit quedam operi suo adiecisse: quedam rursus detraxisse. Deinde subdit aliam adhuc causam opus illud emendandi: q̄ inscitia quorundam atq3 ignorantia imprefforum librariorumq3 multa fuerant ex exemplari deprauata: q̄ tamen suis locis reddenda sunt. Dicit igitur proponēs. Thales milesius. Quēadmodum diogenes laertius scribit Thales patriam habuit phenīciam postea vero ciuis mileti ascriptus que fuit vrbs in ionia clarissima: obtinuit vt milesius potius q̄ phenix cognominaretur. Ille. hoc in loco emphasim quandam habet auctore valla. Qui fuit vnus ex numero septem sapientum. Idemq3 primus in ordine. s. illorum septem. Nam cum adolescentes ionij iactum retis apiscatorib⁹ emissent: essetq3 inter illos de tripode aureo cum piscibus educto exorta contētio: ex Apollinis oraculo quod iubebat vt tripus ille sapientissimo traderetur: vtriusq3 partis consensu Thaleti datus est. Hinc igitur primum sophie. i. sapientie nomen exortum: quēadmodum philosophia a pythagora. Illorum septem: hi prope omnium cōsensu fuerunt Thales milesius. Solō salaminius. Chilo lacedemonius. Pittacus mitileneus. Bias prieneus Cleobulus lindius. Periander corinthius. quamq3 Plato in protagora huius loco Misonem cheneum numerauit. Sapientie studiosos. i. sapiētes. non illi quidem simpliciter sapientes illa. s. sapientia: quam adhuc mortalis nemo est consecutus: sed vt vulgus. vitaq3 communis loquif. que appellat sapientes viros ingenio doctrinaq3 prestantes. Interrogatus aliquando. Interrogandi causa illa fuisse videf: q̄ cū sapie nomē vt paulo ante diximus nup esset inuentū: atq3 illi se ptē q̄ sapiētes esse putabant. professionē tanti nois recusarent. interrogatus thales quis igitur esset sapiens. Tempus respondit: ⁊ subdidit causam: Quia omnia inueniat. Euestigio. i. continuo ⁊ statim: dictum ab eo q̄ in eodem vestigio insistentia fit: Deinde propositam sententiam cōmendat simul ⁊ exponit dicens. Preclara me hercule vox. hercule aduerbiū est iurādi: quod tam etsi videtur significare per herculem. vel ita me hercules amet. apud nos tantum aduerbium est dei obtestatione aliquid affirmantis. Nam q̄ diuus Hieronymus prohibet nos huiusmodi sermonibus. vti scribēs in illud euangelij de filio prodigo ⁊ frugi. Absit ab ore christiano iupiter omnipotens: ⁊ me hercule me castor: loquendi modus ille sua etate fuerit forte periculosus: cū adhuc rome cōplures ex gētilitate superessent. nro vero seculo quis adeo infirmus est vt offendat? siue vt greci dicūt scandalizet: cū audit me hercule: me castor: ⁊ q̄ō poeta nr dixit. Aquel cō quiē iupiter tuuo tal zelo? Tali viro emphasim habet: q̄si velit dicere illo q̄ sit ab oībus sapientissimus iudicat⁹. Humano ingenio. Nā q̄ diuinit⁹ reuelant: tpis momēto possunt infundi. quā ⁊ ille tpum diuturnitate quibus nō sunt reuelate acquirant. Absoluat. hoc p accidēs fit. Nam aristotele auctore libro physicor quarto tps corruptionis per se causa est: generationis vero p accidēs. Unde eodē teste puerbiū fuit apud grecos oīa tēpore senescere atq3 corrūpi. Hinc ⁊ Aristoteles. Supiori Thaletis sentētie astipulari videt Aristotelem qui primo de moribus libro scribit: tps esse quod res inuenit adiuuatq3. Tempus inuentor adiutorq3. nā teste prisciano masculina ⁊ feminina vel duorū cōmunia in. or. inueniuntur etiam neutris coniuncta. vt Uergi. r. ene. Italiā petijt fatis auctoribus esto. Illud quoq3 figurate dicitur tempus res inuenire cum intelligendum sit ab hominibus in tempore inueniri. Unde. i. a quo tempore. Sic Uergi. genus vnde latinum. i. a quo latino. Artium siue ille sint practice. siue theorice. Facta sunt additamenta. Nam sic artes absoluuntur: si nostris atq3 aliorum inuentis quotidie aliquid addam⁹ Sed quēadmodū diximus hoc per accidens fit. nam per se tempus causa est obliuionis atq3 artium interitus. Quod cum a Thalete primum. Quod thales primum deinde Aristoteles in genere dixerunt. Tempus omnia inuenire: Clobulus propie ad eas artes contraxit: quas sermocionales appellant. Nam omnes artes siue scientie aut sunt de rebus aut de sermonibus. De rebus aut sunt practice quarum finis est actio siue opus: aut theorice: quarum finis est contemplatio quo in genere sunt Physica. Mathematica. Theologia. Circa sermones quoq3 tres versant. Grāmatica. Dialetica. Rhetorica. Post annos trecentos. Nam floruisse Thaletem circa olympiada. quinquagesimam quo tempore Judeorū captiuitas fuit. Babylone auctores sunt Laertius. Diogenes atq3 Eusebius Pamphili. Aristotelem vero circa olympiada centesimā vigesimā omnes confitentur. Cleobulus. Hic quemadmodum superius memoratum est: vnus fuit ex numero septem sapientium Euagore filius natus Lindi. que fuit vrbs nobilissima insule Rhodi. Sunt qui dicant hunc non Lindium. sed ex Caria fuisse. que regio contra Rhodum in Asie continenti sita est. Thaleti contemporaneus. Nam septē illi quos diximo omniū

Ad optimā eandemq3 maximā Augustā Isabelam huius nominis tertiā hispaniæ ac insularū maris nostri Reginam clarissimam. Aelii Antonii Nebrissen. grāmatici in recognitionē cōmentariosq3 introductionum suarum: quas de sermone latino bis ediderat: Prologus incipit fœliciter.

Thales ille milesius qui fuit unus idēq3 primus illorū septem: quos græcia iactat sapiētiæ studiosos: interrogatus aliquādo quisnā esset sapiens. Tēpus inq⁊: subiecitq3 euestigio causam. Quod oīa inueniat. Preclara me hercule uox & tali uiro digna sētētia: quæ declarat nullam esse artē ex iis quæ sūt humano ingenio adinuentæ: quā nō tēporis lōginquitas absoluat Hinc & aristoteles tēpus inquit rerū repertor est adiutorq3 pbus: unde & artiū facta sunt additamenta Quod cū athalete primum deinde ab Aristotele post annos circiter tercētum dictum sit: Cleobulus Lindius: qui fuit prope Thaleti cōtemporane

Universidad de Deusto
Biblioteca

prope consensu fuisse sapientes synchroni hoc est cōtemporanei fuerunt. quandoquidem circa olympiada quinquagesimā flouisse omnes fatentur. Ad eas artes contraxit. i. restrinxit: ⁊ ex genere ad speciē reduxit. Que circa sermones. i. quas Greci logicas. Latini sermocinales appellant. Qualis est Grāmatice. i. quo in genere est habenda. quoniā circa sermōis consuetudinem versatur: quēadmodū Rhetorica circa ornatum. Dialectica circa veri falsiq; dissertionē. Luius. Hoc est Licebuit verba que illa soluta oratione dixit: nos addita metri necessitate redegimus in uersus. hoc modo. Copia verborum rerumq; inscitia versat.

Et quasi velit dicere homines in adolescētia duabus rebus inuoluuntur: hoc est rerū ignoratione ⁊ verborum abundantia. sed postea etate perficiuntur ⁊ sapiunt. Quā sententiam similitudine quadam deinde exponit dicēs. q; quemadmodum in frumēto sato multa procreantur: que nihil ad rem pertinent: quibus neglectis tantū semina leguntur. sic homines cum rerum inscitia tenentur: abundāt verbis quasi herbis flozibusq; quibusdam: cum vero incipiunt sapientie grana legere: verborum illam redūdantiā cōtinuunt.

In frumenti satione. i. in frumento iam sato.

Luxuries illa segetum. Que ex nimia terre atq; anni fertilitate prouenit. In herba tenera depascendā. Id debere fieri Plinius libro secundo naturalis historie his verbis precepit. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba vūtat: ⁊ depaſcit quidem vel sepius nullam in spica iniuriam sentiunt. ℳaro precepit. Uergilij verba sunt ex primo georgicorum libro Quid? qui ne grauidis procūbat culmus aristis. Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Tum calami. i. post frumēti herbam calami procreant

Ad certa. puta quaterna vel quina internodia. Internodium appellatur illud quod duobus calami nodis hoc est geniculis continetur. Tum spice. i. post calamos procreantur spice. Quarus gratia. i. causa vel fine. Natura ludens. Ac si dicat ociosa: qui modus loquendi frequens est. vt apud Plinium libro nono cū de cōchis scribit: in quibus ait est magna ludentis nature varietas. Et in sacris litteris prouer. c. viij. Ludens coram eo omni tempore: ludēs in orbe terrarum ⁊ illud pl almographi. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. i. cum quo quasi per ocium luderet. Quasq; ab agricolarū spe. ℳD. Uarronis verba sūt in primo libro de re rustica. Spica aūt a spe nominata videtur: eam enim quod sperant fore: serunt. Tum vero aristis. Eodem auctore spica tria habet. granum. glumam ⁊ aristam. granum a gerendo dictū: quia vt id spica gerat frumētū ſerītur gluma a glubēdo: quod eo folliculo detracto deglubat: hoc est detrahat granū. Mā gluma ꝓprie folliculꝰ est eiꝰ ficus: quē edimꝰ. ⁊ p translationē frumēti siliqua vel vagina. arista vero dicta: quod prima aresçit. In etatis flore. i. in adolescentia. vt Juuenalis flos Asie ante ipsum precio maiore paratus. Ignoratione. Propter rerum inexperientiam abundāt verbis: qđ vitium simul etatis ⁊ ignorantie est. Temere asseuerant. i. sine causa asseuerate affirmant. Quintilianus noster: Uel quia Hispanus ex Calagurri citeriozis Hispanio oppido. aut Noster quia Latinus. aut quia hunc auctorem in hoc potissimum opere secuti sumus. Uerba Quintiliani oratoriarum institutionum libro secundo sunt. Prima est eloquentie virtus per spicuitas: ⁊ quo quis ingenio minus valet: hoc se magis attollere ac dilatare conatur. vt statura breues in digitos eriguntur: ⁊ plura infirmi minantur. Cum vero incipiunt. Econtrario dicit omnia senes facerem. ℳinus minusq;. Cōtra id quod dicit magis abundant verbis. Nihil sine temperamento illo forte. Contra id qđ dixit. Temere asseuerāt. Forte aduerbiū temperamentū est philosophorum Academicorum maxime qui nihil affirmare audēt. Taciturnitas. Unde Juuenalis de simulatis philosophis dixit Rarus sermo illis ⁊ magna libido tacenti. Loquacitas. A qua sermo Hispanus eleganter: quemadmodū ⁊ multa alia furiosos ⁊ insanos apellat locos: quasi locutuleos ⁊ loquaces. Hec idcirco. Ex superioribus colligit auctor se tempore admonitum quedam introductionibus suis adiecisse: quedam rursus detraxisse. atq; licuisse sibi in opere suo: quod licuit alijs in alieno atq; etiam in proprio opere facere. Princeps. Non Principissa: aut principissa: quemadmodum neq; Ducissa aut comitissa. vt indocti quidam dixerunt. cum Princeps Dux Comes. duorum generū cōmunia sint. Tam multis. Subaudi verba repetita quasi a longe petita. Quedam adiecimus. Perpauca illa quidem ⁊ que suis locis reddenda sunt. Que tempus subiecit. i. que inter legendum postea occurrerunt. tempore illa sug

us: ad eas artes contraxit: quæ fuut circa sermōes qualis ē grammatice: quam nos profitemur. Cuius ea de re uerba nos in distichon sic redegimus.

Copia uerborum rerumq; Inscitia uersat.
Mortales. Tempus perficit atq; sapit.

Et profecto ita se res habet. Nam quemadmodū in frumenti satione primo luxuries illa segetum procreatur: quam in herba tenera depascendam esse Maro præcipit. Tū calami ad certa quædam internodia: tum spicæ: quarū gratia nugas illas natura ludēs produxerat: quasq; abagricolarum spe. M. uarro dictas esse putauit: tum uero aristis folliculisq; neglectis grana ipsa deglubuntur: sic in ætatis flore: in qua homines rerū prope omnium ignoratione tenentur: magis abundant uerbis. audatius loquuntur. temere asseuerant: ut recte Quintilianus noster dixisse uideat. quo quisq; minus ualet: eo se magis attollere ac dilatare conatur. quēadmodū statura breues in digitos eriguntur. Cum uero incipiūt aliquid sapere minus minusq; uerba effuudunt: nihil sine temperamēto illo forte affirmant: ut iam nullum sit maius sapientiæ signum q̄ taciturnitas: quemadmodū e diuerso nullum maius ignorantiæ q̄ loquacitas.

Hæc idcirco sunt a me clarissima princeps tam multis repetita: ut nemo miretur si introductionum. latinarum editioni secundæ: cui nihil iā addi posse uidebatur: quædam adiecimus quæ nobis interim tēpus rerum omniū inuētor suggessit: quæ

gerente atq; subministrante. Quedam detraximus: sed hec pautioza: ⁊ Que etatis ingrauescētis ratio. i. senecta que plerisq; grauis ⁊ modesta videtur: vt Licero in catone maiori ostendit. Elimare id est lima veluti quadam deterere. An mihi non liceat. Superiorem conclusionem a preiudicio arguens adhuc confirmat. In opere presertim meo. Ac si dicat licet hoc in opere alieno facere: ergo multo magis hoc in proprio opere licebit. Sacrarum. Quibus christiana religio continetur. Secularium id est profanarum. Nam quia profanum a nostris in malam partem accipitur pro eo quod non est sacrum seculare.

dam rursus detraximus: quæ uidelicet ætatis iam in grauescentis ratio elimare suadebat. An mihi non liceat in opere presertim meo facere: quod licuit multis sacrarum atq; sæcularium litterarum scriptoribus: qui non modo in aliorū libris quosdam locos infamiæ nota inusserūt: uerum etiam in propria opera libros retractationum edidere: Quod licuit nobis in eos: qui āte nos artis grammaticæ præcepta tradiderunt? Quod denicq; posteris: meq; etiam uiuo & sentiente præsentibus licebit: ut aliquid uelint operi meo addere: nō nihil etiā detrahere: quædam rursus in alium ordinē cōmutare? Itaq; ego græcorum prudentiam: quē admodum cæteris in rebus: in hac quoq; parte uehementer admiror: qui statuis & imaginibus nō scribebant (ut mos artificum est) Lysippus fecit aut Polycletus: sed titulo impendenti Lysippus aut Polycletus faciebat: ut contra iudiciorū uarietates superesset artifici regressus ad ueniam uelut emendaturo quicquid desideraretur: si non esset interceptus. Quid quod & illa: quæ fuerunt ab impressoribus & librariis detorta: cum prototypo meo: unde omnes codices emanarunt: contuli: atq; ad lineam ueritatis quod aberrauerat: quam diligentissime reduxi. Hos uero commentarios edendi causa illa in primis fuit: quod cum multis in locis a uulgata præcipiendi uia discesserim: reddenda fuit a nobis ratio tum amicis tum etiam alienioribus. cur antiquorū iuniorūq;

dicunt: cum omnis res aut sacra sit aut profana. seculare vero sit quod ad seculum pertinet. vt ludi seculares: carmē seculare. qđ vtrumq; sacrum est. Infamie nota. Ostendendo libros illos heresim aut falsitatem aliquam continere. Inusserunt. Quasi igne atq; cauteri o signum impresserunt. quod seruis erronibus aut fugitiuis fieri cōsueuit. Libros retractationum. Quemadmodum diuus Aurelius Augustinus qui in opera iam edita libros retractationum fecit. In eos qui ante nos. id est a quorum preceptis atq; doctrina nonnunq; discessimus. Posteris id est futuris. ℳde viuo ⁊ sētiente. Ex martiale lumptū est: qui libro epigrammatō primo scribit. Cui lector studiose quod dedisti. Uiuenti dec⁹ atq; sentienti. Itaq; ego. Superioris adhuc conclusionis rationem exemplo. Grecorū confirmat. qui in operibus ab aliqua arte profectis preterito imperfecto tempore subscriptiones apponebant: illud significare volentes: nullum esse mortale opꝰ cui non aliquid desit: quod tempore suppleri possit. In hac quoq; parte. De qua sum statim dicturus. Statuis ⁊ imaginibus. Statue ex materia solida sunt veluti auro. argēto. ere. ligno. marmore. Imagines vero sunt etiā ex coloribꝰ. Ut mos artificum est. Qui in basibus statuarum tabularumq; calcibus nomina sua subscribere consueuerunt: dūmodo opera illa non essent publicis impensis facta. Nam fuit lex: que adhuc hodie extat in codice Justiniano: ne quid operi publico liceat inscribere. Et Licero libro Thusculanarum questionum primo. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo. ℳDinerue cum inscribere non liceret. Lysippus fecit aut Polycletus. Tota hec clausula pene ad verbum ex Plinij prefatione in libros naturalis historie translata est. Ex illis inquit nos velim intelligi pingiq; conditoribus. quorum in libellis his inuenies absoluta opera. ⁊ illa quoq; que mirando non satiamur: pendenti titulo inscripsisse vt Apelles faciebat aut Polycletus: tanq; incho ata semper arte ⁊ imperfecta. Ut contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam: velut emendaturo quicquid desideraretur si non esset interceptus. Lysippus ⁊ Policletus. Statuarij fuerunt: quorum opera idem auctor illustrauit libro. xxxiiij. Fecit. Tempore preterito perfecto: ne significarent opera sua fuisse ab illis absoluta: quod nihil illis addi posset: quodq; ipsū magne inuidie haberetur: vt idem Plinius est auctor. Sed titulo impendenti. Quasi tempore imperfecto Faciebat: aut pingebat: quod faciebant. Ut superesset artifici regressus ad veniam id est ex eo quod populus de suis operibus iudicaret. ipsi opus emēdarent. Artifici inq̄. Uelut emēdaturo quicquid desideraretur id est deficeret. nā ⁊ hoc quoq; significat Desidero. Si non esset interceptus id est morte raptus. vt Lucanus in primo Abstulit ad manes parcarum. Julia seua intercepta manu. Quid quod ⁊ illa. Aliam quoq; fuisse causam recognoscendi secundam editionem dicit: quia fuerunt nonnulli qui aut ignorantia aut ausu quodam temerario pleraq; loca inuerterunt Impressoribus. id qui libros torculis imprimunt: quos quidam calcographos appellant. hoc est ereis litteris chartas imprimendo scribentes. Librarijs. Qui libros calamo vel penna scribunt: nam qui vendunt bibliopole dicuntur. Detorta. id est a vero exemplari deprauata. Cum prototypo meo. id est primo illo meo atq; archetypo exemplari. Contuli. id est comparaui. Et quod aberrauerat. id est a via recta deprauatum fuerat. Ad lineam veritatis. id est ad regulam reduxi. Hos vero commentarios. Hec est secunda prologi pars: in qua duas affert causas: cur in introductiones suas auctor hos commentarios ediderit. Quarum prima est. quod reddenda fuit ratio: cur ab antiquis grammaticis aliquādo discesserit. Amicis. Qui putabant a me fuisse scriptum: quod nec suspicatus quidem sum aut cogitaui Alienoribus. i. non amicis. qui suā ignorantiā simul ⁊ maliuolentiā in meos libros trāstulerūt. ℳDultis in locis. Et q illi sint in ipo cōmentarioꝝ discursu patebit. Antiquorū. Puta Diomedis Phoce Seruij. Prisciani. Donati. Juni

Universidad de Deusto
Biblioteca

orum. puta Alexandri. Ebardi. Catholici. ⁊ ex ijs q supersunt Peroti. Cerulani. Migri. Mancineli. Sed cum possem⁹. Se id perparce dicit fecisse: cum posset adhuc alijs in locis idem facere. Compendio. i. breuiori via: sicut vispendium est vie ambages. Modice. i. cum modo. Intra modum. i. adhuc artius q̄ in modo. Plurimum intereat. i. magnū cō pendium atq; emolumentum: ⁊ ut sic dicam huius doctrine lucrum faceret. Deinde quod cū. Nec est secunda causa cur commentarios hos ediderit: quia introductiones ille fuerunt simplices: quippe que puerorum eruditioni scripte sunt. nūc uero in hoc opere cum adultis. vel potius cum ipsis preceptoribus sermo habendus est. Ingenio tumultum faceret. Horatianum est. Stomacho q; tumultum lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis cena desurgat dubia. Cum vero iam. Q. d. cum erant pueri ac rudes in studio litterarum. danda fuit illis doctrina simplex ⁊ q̄ si lac paruulis vt Apostolus ait. Sed prouectis ⁊ in etate progressis porrigendus est doctrine solidior quidā cibus. i. durior. ⁊ numerosior. i. magis uarius. Lac pulpamentumq;. Adhuc in translatione cibi ad doctrinam perstat: vt lac pulpamentumq; sit doctrina simplex ⁊ facilis. Mā pulpamētum est corpus sine ossibus: quod facile mandi conficiq; ventibus potest. Ossa vero ⁊ nerui sunt difficultates doctrine secretioris: que nō nisi a grandiusculis penetrari perspiciq; possunt. Quare non tam. Ex superioribus infert cui lectori hos commentarios scripserimus.

Tue vero celsitudini. Hec est tertia pars prefationis in qua ponuntur rationes cur hoc opus celsitudini regie dedicatum sit. Extremum laborem. Quia nobis in animo est postea q̄s antiquitates Hispaniēses absoluerimus: omne reliquū vite nostre tempus in sacris litteris consumere.

Quante sit tibi cure. Hec est ratio cur frontez perfricuit auctor: vt rem tenuam atq; ieiunam tante maiestati dedicarit. quod multis argumētis intellexit: quanta illi cura sit ne rei Hispane hoc vnum sermonis latini ornamentum desit. tū quod in eo liberos erudiendos curet: tum quod omnes alicui putant se rem iucūdissimam illi facere quod dent operam litteris precipuam quod q; iam a feminis expectatur: quod viri ante hac vix optare audebāt. In hac disciplina. Hoc est grammatice de qua nunc scribimus. Adolescentes. Exoletos purpuratos regios intelligit.

Omnium etatum. Quia etiaz adulti iam hoc aggrediuntur. Alter sexus. Scilicet a virili hoc est muliebris. Nam quid ego. Aliud quoq; signum affert. cur huic magime cure Regina intēdit: quod ad auctorem dederit litteras bu manissime scriptas: quibus illum admonebat. vt introductiones latinas e regione versuū Hispanienses faceret: ad eum modum quem presul Illiberritanus illi prefinisset. Quas litteras. Q. d. q̄ comiter atq; elementer scriptas. Archiepiscopus. Ferdinandus a Talabrica regius Senator atq; illa tempestate presul Abilensis.

Illiberritanus. Illiberri vrbs est: que nostro seculo Granata dicitur: queq; annis superioribus in deditionem Christianorum venit. cum annos circiter octingentos sub ditione Penorum Mauritanorumq; fuerit. E regione id est ex opposito: hoc est vt sermo Hispaniensis sit positus contra latinum. Hispanienses vero dixit non Hispanas: quia introductiones ille in Hispanum sermonem non vsq; adeo migrare potuerunt. vt non maximam latinitatis partem retinuerint. Nam hispanum est quod in hispania atq; ex hispania est Hispaniense vero quod non penitus hispanum. sed aut in hispania ab extremis geritur. vt bellum hispaniense. quod a Romanis in hispania. aut extra hispaniam ab hispanis. vt collegium hispaniense. quod est Bononie ab immortalis memorie viro Egidio Albornozio. Sancte Romane ecclesie. Cardinali hispano fundatum.

auctoritate neglecta: præceptiones quasdam ausus sum in aliam formam commutare. Quod cum possemus pluribus adhuc aliis in locis magno huius doctrinæ compendio facere: fecimus id quidē modice: uel intra modum potius. ne alicuius nouitatis essemus auctores: nisi ubi plurimum intereat hoc uel illo modo præceptiōes quasdam tradi. Deinde quod cum introductiones nostræ puerorum eruditioni scriptæ sint habenda fuit ratio ut essent quā simplicissimæ ne q̄si ciborum redundantia stomacho: sic præceptorum uarietas illorum ingenio tumultum faceret. Cum uero iam in litteris aliquantulū progressi sunt. quasi solidior quidam numerosiorq; cibus est illis porrigēdus. ut non modo lac pulpamentumq; degustent. uerum etiam ossa neruosq; possint obrodere. Quare nō tā cū rudibus nouiciisq; rei litterariæ professoribus: quam cum prouectis uel potius cum magistris ipsis sermo mihi in his cōmentariis habēdus est. Tue uero celsitudini extremum hunc artis grammaticæ laborem meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo est: qui nō intelligat quantæ sit tibi curæ rem publicam hāc Hispanam cum cæteris reb⁹: tum ul' præcipue in re litteraria. Quanta diligentia quam florentissimam efficere. Quanta diligentia dulcissimos liberos tuos in hac disciplina erudiendos curaueris. Quam tibi sit iucundum quod nō mō adolescētes nobilissimi: quisq̄ tuo ministerio dedicati: uerum etiam reliqui omnes omniū ætatum atq; ordinū hoies dent operam uel præcipuam litteris: quas ante hac quasi nimis delicatas atq; animorum eneruatrices oderāt. Quodq; alter sexus de se iam p̄stat: quod uiri āte hac uotis omnibus uix audebant exoptare. Nam quid ego referam quas ad me litteras ab hinc septēnium Celsitudo tua dedit: Quas præterea mihi Archiepiscopus Illiberritanus ex tuis uerbis atq; sententia reddendas curauit: ut introductiones meas: quas

Quam differentiam videtur obseruare Martialis cum in epistola. xij. libri epigrammaton scripsit se mittere Romam libr⁹ū iam non hispaniensem sed hispanum. Nam cum superiores libri magna ex parte fuissent Rome conscripti: quia ab homine hispano: hispanienses poterant appellari. At vero duodecimus: quia in hispania ⁊ ab homine hispano: recte hispanus dici debuit. Nemo igitur me. Ex superioribus auctor concludit: se non ambitiose feciſe: quod op⁹ de rebus leuissimis qualis est grammatice. tante Principi dedicauerit. cum præsertim ab ipsa per litteras fuerit admonitus: vt ijsdem de rebus scriberet.

de sermone latino edideram: e regione uersuum Hispaniensis faceremus: Nemo igitur me æquus iudex ambitiose atq; petulāter feciſſe putabit. qđ leuissimis de rebus scribens uigilias meas ausus sū maiestati regiæ dedicare. cum præsertim quicqđ illud est: quod elaboramus. tuis auspiciis tuoq; imperio simus aggressi: neq; ut ille inquit: existimari parua debeant: sine quibus magna constare nō possunt. An uero est. qui paruam audeat artem illam appellare qua sermo latinus cōtineatur: in quo religionis nostræ in primis sacraméta quasi depositum quoddam fidelissime seruātur: Quæ cum reliquis omnibus disciplinis ita est coagmentata: ut hæc ab illis facile secerni: illæ uero ab hac quēadmodum disiungantur: nec intelligi ullo modo possit. Nam oro te atq; per deum immortalem obtestor quotā sibi uitæ nostræ partem reliquæ omnes disciplinæ uendicant: Quotiēs in eum sermonem incidimus: ut de numeris magnitudinibusq;. Quotiens ut de uocum astrorumq; ratione: Quotiens ut de moribus rerumq; natura: Quotiens ut de medicina deq; ciuilis & pontificii iuris scientia. Quotiēs ut de religione atq; de re diuina disputem⁹: At uero grāmaticæ omni in loco omniq; tēpore ita præsto est: ut si quid legas: si scribas: si cum alio loq̄ris si deniq; tecum ipse quid cogites. sine illa efficere nullo modo possis. Atq; ut de illa Fabi⁹ uerissime scripsit necessaria est pueris: iucūda senibus: dulcis secretorū comes: & cuius amor ut idem auctor scribit non scolarum temporibus: sed uita terminat. Et quisq̄ est adeo stupidus & a cōmuni sensu alien⁹ qui audeat hanc artem tenuem atq; ieiunam appellare & indignam: cui⁹ libri Augustæ nostræ debuerint dicari: cum uideamus non modo uiros summo ingenio singulariq; doctrina præditos huius disciplinæ opera maximis principibus dedicasse. uerum etiam duces ipsos imperatoresq; in media totius orbis terrarum administratiōe occupatos uolumina iisdem de rebus scripta reliquisse: Sed ego demens qui de re iam pridem celsitudini tuæ

Neq; petulanter. Cum grammātice nō debeat res parua iudicari. quod multis rationibus cōfirmat. Ambitiose. Hoc est quod nos insinuauerimus regie familiaritati. vt honoris aut aliquando bonam gratiam aucuparemur. a qua suspitione se purgat. cum dicit se iussum ijsdem de rebus scripsisse. Petulanter. i. impudenter ⁊ procaciter. quod videlicet illepidum fuerit donum. quod est de rebus leuissimis ⁊ parui precij. quod tamen excusatur ostendendo rei litterarie dignitatem. Ille inquit. Quintilianus est. qui oratoriarum institutionum li. j. hoc scribit. An vero quispiam. Necessitatem simul ⁊ dignitatem huius artis ostendit. Sermo continet. Nam hoc prestat ars ut sermoni vitium aliquod irrepere non possit. Sacraméta ⁊ mysteria ⁊ sacra secreta. Quasi depositum Hoc ex Quintiliano quoq; deductum est. qui de litteris scribens ait. hic est vsus litterarum vt custodiant voces ⁊ velut depositum reddant legentibus. Nam depositum per sancte seruādum. ⁊ cū reposcitur summa fide reddendum est. Coagmentata. Cōiuncta ⁊ conglutinata Hec ab illis. Nam in hoc eius dignitas ostenditur. quod ab alijs omnibus est absoluta. cum reliquę sine illa consistere non possint Nam obsecro te. Necessitatem huius artis demonstrat. quod nulla vite pars illius officio vacare potest. cum reliquę omnes raro in vsum veniant. Quotam? Interrogatiue. q. d. minimam. quia raro de illis fit sermo. cum sine hac nec momento. vt sic dixerim. temporis esse possimus. De numeris. Quod est Arithmetice opus. De magnitudinibus. Quod est Geometrie. De vocum ratione. De quibus est Musica. Astrorum. De quibus est Astrologia. De moribus. Quod ad Ethicen. De rerum natura. Quod ad Physicen pertinet. De re diuina. Que dicitur grece Theologia. Ita presto est. id est presens. Vt si quid legas. Hic locus ex prohemio Ciceronis in libros de officijs translatus est. Nulla inquit vite pars. neq; publicis neq; priuatis. neq; forensibus. neq; domestici in rebus. neq; si tecum agas quid: neq; si cum altero cōtrahas. vacare officio potest. Fabius. Q. Fabius Quintilianus qui oratoriarū institutionum libro primo hoc scribit. Jucunda senib⁹. Quia etiam citra necessitatem altissimam quoq; eruditionem exercere potest. Dulcis secretorum comes. Quia per illam dulces curas cogitationesq; nostras litteris mandamus. Cuius amor. id est voluptas. que ex illa percipitur. non terminatur. dum in scolis versamur. sz morte sola. Et quisq; est. Ad prefationis epilogum accedit. A communi sensu. Non quemadmodum physici qui potentiam illam superiorem quinq; sensib⁹ communem sensum appellant. sed vt Cicero: p eo in quo plerisq; omnes sapientes conueniunt. Sic Quintilianus in primo. Sensū ipm. q cōis dicit. vbi discet. cum se a gressu segregarit. Seneca in epistolis. Hoc philosophia promittit sensui

cōmunē ⁊ humanitatē. Horati⁹. Cōmuni plane sensu caret. Tenuē atq; ieiunā. i. aridā ⁊ sterilē. Maxim⁹ pncipib⁹. vt Iulius pollux ad cōmodū Cesarē de vocabulis atq; arte Grāmatica. Duces Imperatoresq;. Ut cesar q de anologia libros scripsit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Compertissima i. certa ⁊ explorata. Alio in loco in re petitione secunda: in qua de literis disputamus.

compertissima pluribus disputem. Illud modo tantū hic dicam: quod alio in loco magna scolasticorum frequentia testatus sum: tuum atq; dulcissimi coniugis tui præsidium improlās. Vos inq̄ clarissimi atq; inuictissimi principes: quorū ductu auspiciisq; toti⁹ Hispaniæ mẽbra dissipata in unū ꝓpe corpus rediere: curate obsecro ne fœlicitati quā nr̄o seculo dedistis. hoc unū latini sermonis ornamẽtū desit amplissimū.

Suppositū de auctoribus grāmatice latine: in quo doctissimus quisq; cōsentit.

Sed quia nostri seculi scriptoribus eatenus fides adhibenda est: quatenus ea que nobis afferunt ratione ꝓbauerint. nemoq; est adeo imperitus: qui iam non intelligat antiquis auctoribus ideo assentiendū esse. quia sic locuti sunt. Junioribus vero quia quod nobis persuadere volunt. illorū auctoritate freti ꝓbare cōtendunt necessariū esse duxi hoc in loco demōstrare quā tū fidei scriptorū cuiq; sit habendū. Neq; enim omnib⁹ illis passim atq; indifferenter credere debem⁹: sed illis dūtaxat q̄ floxuerunt intra ducẽtos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antoniū pium: hoc est ante Christianū natalem annis centū ad cẽtesimū quinquagesimū: ex quo salutē Christianā nnmeramus. Nā ⁊ latinus sermo: quemadmodū ⁊ cetera mortalia aliquando incepit: habuitq; suam infantiā: in qua vix quicq̄ effari potuit. Sic locuti sunt. Ab origines ꝑmū cum Faunis Uatibusq;. Sic deinceps Latini ⁊ Albani. Sic postea Romani ad annū quartūdecimū supra quingentesimū ab vrbe condita: quo Liuius Liuij salinatoris libertus fabulam primus latinis versibus edidit. Hūc secuti sunt ex poetis Ennius. Neuius. Plautus. Cecilius. Terentius. Pacuuius. Lucillius. Actius. Turpilius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius Pōponius. Et Oratoribus. Cethegus. Cato. Sex. Aelius. Gallus. Scipiones Nasica ⁊ duo Aphricani. Gracchi pater ⁊ duo filij. Lelius. alijq; cōplures: quos Cicero in libro de claris oratoribus ad sua vsq; tempora cōmemorat. Ex iure cōsultis. Papyrius Appi duo. Coruncanus. Attilius. ℳanilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Crassus. Q. ℳutius. Lucilius. Juuentius. Fuerit itaq; hec latini sermonis puericia: in qua multa quidē emēdate atq; diligenter: pleraq; tamē nimis antique duriterq; dicta sunt. At vero illius iuuenta: in qua ⁊ lacertos mouere ⁊ vires suas ostẽtare cepit: cū Cicerone orta est. cepitq; cū Cesare Hadriano cōsenescere. Hac etate fuerunt auctores illi: qui latinam linguā locupletarūt: quosq; imitandos esse dicimus. Ex Poetis. Catullus. M. varro. Lucretius. Virgili⁹. Horatius. ℳanilius. Tibullus Properti⁹. Ouidius. Germanicus. Auienus. ℳacer. Persius. Seneca. Lucanus. Valerius Flaccus. Silius italic⁹. ℳartialis. Juuenalis. Papinius. Ex Oratoribus variarumq; rerū scriptoribus. Licero. Cesar. Brutus. Seruius Sulpitius. Pollio. ℳ. Varro. Migidius. Cato Uticensis. Celius. Victruuius. Columela. Celsus. Iginius. Pedianus. Festus. ℳarcellus. ℳela. Apicius. vterq; Seneca vterq; Plinius. Quintilianus. Ex Historicis vero. Salustius. Nepos. Liuius. Valerius maxim⁹. Fenestella. Solinus. Justinus. Trāquillus. Tacitus. Curtius. Florus. Hemelius. Ex iure cōsultis. Alphenus. Offilius. Aufidi⁹. Manusa. Flauius. Proculus. Antistius. Celius. Trebatius. Casselius. Tubero. Lapito. Cassius. Sabini duo. Labeōes tres. Neruapater ⁊ filius. Pegasus. Jabolenus. Celsus. Neratius Alburnus. Julianus. Post. Hadrianus cepit in dies latinus sermo languere ⁊ quodam quasi senio cōtabescere: quod nimis factū est sub aduentu Gothorū in Italiā regnūq; Longobardorus ad fatalē illam totius humani generis pestem ℳahumeteā: q̄ cū oibus ingenuis ⁊ bonis artibus sermonē quoq; latinum intercepit. Hanc igitur recte dixerimus latine lingue senectutem: q̄ cū annos prope quadringẽtos quinquaginta egre spiritum duxisset: tandem cū imperio populi Romani extincta est. Hoc tēporū interuallo pauci admodū reperiuntur auctores tolerabiles illi quidem: sed qui nullo modo cum superioribus debeāt comparari. Ex Poetis ⁊ Grāmaticis aliarumq; rerū scriptoribus. Ausonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Gellius. ℳacrobius. Acron. Porphyrion. Victorin⁹. Donatus. Sergius. Seruius. Priscianus. Apuleius Socratic⁹. Apuleius grāmaticus. Vegetius. Frōtinus. Ex Historicis. Spartianus Capitolinus. Trebellius. Lampridius. Volcatius. Vospicus. Eutropius. Damasus. Orosius. Ex iure consultis. Arrianus. Aphricanus. Arcadius Gaius. Callistratus. Florentin⁹. Largus. Hermogenes. ℳartianus. ℳodestinus. ℳarcellus. ℳela. Papinianus. Paulus. Sceuola. Tryphonius. Venuleius. Vlpianus. Ex iis qui ꝓ religione nostra scripserunt Tertullianus. Juuēcus. Cyprianus. Lactantius. Ambrosius. Hieronymus Augustin⁹. Ruffinus. Sedulius. Licinius. Prudentius. Sidonius. Boetius. Cassiodorus. Gregorius. Isidorus. Prosper. Qui sequuntur: quod ad latini sermonis rationem attinet. nec digni quidem sunt. quorū meminisse debeamus. Qui auctores cum sint in triplici tempor̄ diuersitate positi. illorum tantum auctoritate nitemur: qui fuerunt medij.

De prima declinatione. Grammatice artis inchoande ratio varia fuit apud auctores. Priscianus a voce initium fecit. Donatus ab octo partibus orationis. Diomedes vero ab ipsius orationis corpore Greci a litteris fere omnes. Nos a declinatione nominis ⁊ verbi auspicati sumus Quintiliani auctoritatem secuti. qui oratoriarum institutionum libro primo scribit. Nomina declinare ⁊ verba in primis pueri sciant. neq; enim alter peruenire ad intellectum sequentium possunt. Quare nobis qui latini sermonis introductiones presertim pueris ediscendas ꝓponimus. visum est in prima huius operis fronte paucorum nominum cum pronominibus. ⁊ quattuor verborum cum suis formationibus declinationem explicare ex quorum analogia siue proportione alia quoq; nomina et verba declinari possint. Adiecimus preterea regulas quasdam ijs de rebus que solent inter prima artis grāmatice rudimenta numerari in quo futurus est huius primi libri finis. Cum vero declinationes nominum quinq; sint. posuimus ex ordine tanq̄ exemplaria omnium quinq; declinationum. redditurī tamen in sequenti libro expressimus atq; limitatius. q̄ nūc confuso quodammodo pueris ediscendū ꝓponitur. Nam qui semel cognouerit q̄ musa facit in genitiuo muse idem quoq; facile intelliget. q̄ ex terra genitiuus erit terre. q̄ etsi plerūq; fit. non tamen vsq; quaq; verum est. cum ex poetica licentia dictum sit terrai frugiferai. ⁊ Neuius apud Prascianum dixerit. Runeus atq; purpureus fillj. terras pro terre. Quare iam inde a principio pueri admonendi sunt indeclinandis nominibus ⁊ verbis non semper ꝛ plerumq; proportionem sequedam esse. ne postea mirentur. si quid preter primam rationem illam inuenerint. Sed quia prime declinationis nominum tres reperiuntur nominatiui terminationis in. as. es. a. ⁊ in. as. es. omnia sūt greca tantum masculina in. a. partim greca. partim latina. partim masculina. partim feminina. qua huius declinationis nullum est neutrum nomen. ponit vnum femininum terminatum in. a. hoc est hec musa. ex cuius proportione reliqua in. as. vel in. es. vel in. a. terminata declinari possint. vt hic eneas ence. hic anchises anchyse. hic byrrhia byrrhie. hec terra terre.

Sed queret fortasse quispiam quid mihi volui cum nominatiuis articulos adieci. quos in aliis casibus suppressi: aut que fuit causa discedendi ab omnibus grammaticis antiquis ⁊ iunioribus: qui nomina cum articulis per omnes casus inflectunt: sequendi vero vnum ioannem Pastranam: qui etiam nominatiuis articulos detraxit? Ego vt in hac questione dicam semel q̄d sentio: non possum satis mirari: cur scriptoribus latine grāmatices placuerit nomina cum articulis declinare: cum in seriem orationis nunq̄ latini articulus admittant: quibus relique omnes lingue vtuntur. aut articuli nominibus prepositi quid ad generis distinctionen conferre possint: cum musa non propterea femininum sit: quia declinatur cum hec. sed declinatur cum hec propterea q̄ est femininum vel ratione significationis: vel quia in. a. terminatur. Sed video quid illos deceperit: quod. s. cum grammatice latine scriptores toti ex grecis pendeant putauerunt eandem esse generis rationem apud vtrosq;. Greci namq; cum in seriem orationis articulos admittant: interroganti musa cuius generis est. respondebunt feminini quia declinatur ⁊ profertur cum articulo feminino: que ratio apud latinos nullius est momenti cum latinus sermo quemadmodum diximus: articulis non vtatur. Cum igitur dicet quispiam articulos nominatiuis preposuisti? Nimirum vt pueris adhuc rudibus: ⁊ qui nondum per regulas possint genus distinguere: habeant quasi generis indicem illius nominis quod declinatur: idq; in ipsa statim declinationis prima positione sufficit. cum in ceteris casibus impedimento potius q̄z adminiculo sit. cum vero ad secundum huius operis librum peruenerint. non placebit mihi iam illa ratio. q̄ musa ꝓpterea generis est feminini. quia declinatur cum hec. quin potius ratione significationis per illam regulam. ℳascula sunto tibi quasi mascula. femineumq; sit quasi femineum. Aut ratione terminationis per illam. Nomen quod sit in. a. finitum vic mulierē.

Prima declinatio nominis.

Ominatiuo hec musa. Gtō musæ
Datiuo musæ. Accusatiuo musam.
Vocatiuo o musa. Ablatiuo a musa.
Plurali nominatiuo musæ. Genitiuo musarum.
Datiuo musis. Accusatiuo musas.
Vocatiuo o musæ. Ablatiuo a musis.

Secunda declinatio nominis.

Ominatiuo hic dominus. Gtō domini.
Datiuo domino. Accusatiuo dominum.
Vocatiuo o domine. Ablatiuo a domino.
Plurali nominatiuo domini. Genitiuo dominorū
Datiuo dominis. Accusatiuo dominos.
Vocatiuo o domini. Ablatiuo a dominis.

Ominatiuo hoc templū. Genitiuo tēpli
Datiuo templo. Accusatiuo templum.
Vocatiuo o templū. Ablatiuo a tēplo.
Plurali nominatiuo tēpla. Genitiuo templorum.
Datiuo templis. Accusatiuo templa.
Vocatiuo o templa. Ablatiuo a templis.

Tertia declinatio nominis.

De secunda nominis declinatione. Secuuda declinatio sex habet nominatiui positiones. er. ir. ur. um. us. eus. diphthongon. que vltima terminatio tantum grecorum est. sed. in. er. ir. ur. tantum est masculinorum. vt hic puer pueri. hic vir viri. hic satur saturi. in. um. femininorum ⁊ neutrorum. vt hec glycerium glycerii. hoc templum templi. In. us. masculinorū femininorum neutrorumq;. vt hic dominus domini. hec pyrus pyri. hoc pelagus pelagi. In. eus diphthongon masculina sunt tantum. vt hic pentheus penthei. Huius declinationis duo ponit nomina alterū masculinum ex cuius proportione etiam feminina declinātur. Alterum neutrū ad cuius similitudinem etiam propria nomina feminarum in. um. terminata in singulari declinantur. Sed cum omnia nomina prime declinationis equisyllabica sint. hoc est pariū syllabarū in nominatiuo ⁊ in genitiuo secūde declinationis in. ir. ur. finita crescunt in genitiuo vna syllaba. In. um us. equisyllabica sunt. In. er. cus. partim crescunt in genitiuo. partim sunt equaliū syllabarū. De tertia nois declinatione

Tertia nominis declinatio terminationes habet nominatiui circiter sexaginta. quarum tamē littere terminales sunt yndecim: partim masculinorum: partim femininorum: partim neutrorū: partim comunium duorum siue trium. Jn. a. e. o. c. d. l. n. r. s. t. x. vt hoc emblēma emblematis. hoc mare maris. hic sermo sermonis. hec virgo vginis. hic ⁊ hec homo hominis. hoc lac lactis hic bogud bogudis. hic sal salis. hoc animal animalis. hic titan titanis. hec siren sirenis. hoc nomen nois. hic cesar cesaris. hec mulier mulieris. hoc torcular torcularis. hic ⁊ hec paup paupis. hic ⁊ hec ⁊ hoc par paris. hic slips slipitis. hec seges segetis. hoc corpus. oris. hic. hec. miles. itis. hic ⁊ hec ⁊ hoc prudens. ētis. hoc caput. itis. hic. calix. icis. hec. predix. icis. hic ⁊ hec ⁊ hoc felix felicis. Sed in hac declinatiōe duo tantū exempla posuimus. alterum masculinum: ex cui⁹ proportione femina quoq3 ⁊ duorum generum declinari possent. alterum neutrū. ad quod reliquam huius declinationis neutra sunt referēda. Illud quoq3 est aduertendum genitiuos ee aut isosylla bicos. i. equaliuz syllabarum: aut peritosyllabicos. i. pluriū syllabaruz: qui aut crescunt vna syllaba aut duabus. ut hoc mare maris. hic sermo sermonis. hoc iter itineris. Pauca minuunt vna syllaba: vt hic Jupiter iouis. quod tñ ex hic iupiter ⁊ hic iouis declinatur. De quarta nominis declinatione. Hec declinatio terminationes habet nominatiui duas. in. us. masculinorum ⁊ femininorum. in. u. neutrorum. que in singulari nō declinātur: in plurali declinabilia sunt. ut hic sensus sensus. hec manus manus. hoc cornu cornu. plurali cornua cornuum. Itaq3 duo exempla posuimus: quia ex proportione masculinorū feminina quoq3 declinantur. De varietate genitiui. qui in. us. vel in. uis. erit ⁊ datiui: qui in. u. vel. in. ui. libro sequēti plenius disputaturi sumus. De quinta nominis declinatiōe Quinta nominis declinatio positionem habet nominatiui vnam tantum. ⁊ sunt huius declinationis nomina omnia feminina: preterq3 hic dies pro solis ambitu diurno. ⁊ ab eo cōpositum hic meridies. Nam hec dies pro tēpore multitudinis numero caret: quemadmodum ⁊ complura alia huius declinationis nomina. Sed cum duo huius tantum ordinis reperiantur integra in numero plurali hic dies diei. hec res rei. placuit masculinum eligere: ex cui⁹ similitudine reliqua omnia: que feminina sūt: declinenf in his casibus: quos habent. De triplici genitiui diuersitate libro sequenti disseremus. De nominib⁹ adiectiuis p̄me ⁊ secunde declinationis. Nomina adiectiua aut sunt prime ⁊ secunde declinationis. aut sunt tertie: quia quarte ⁊ quinte sicut nullū est nomen grecum. ita etiam nec adiectiuum. Si sunt prime ⁊ secnnde declinationis. tres habent varias nominatiui terminatiōes in. us. a. um. vel. in. er. a. um. vt bonus. a. um. tener. a. um. Itaq3 vnuz ponit hui⁹ ordinis exemplum. per quod reliqua similia nomina ⁊ pronomina ⁊ participia declinentur. Si adiectiua sūt tertie declinationis aut declinātur per tres articulos ⁊ vnam terminationem. ut hic ⁊ hec ⁊ hoc prudens. aut per tres articulos ⁊ duas terminationes. ut hic ⁊ hec bre uis ⁊ hoc breue. aut per tres articulos ⁊ tres terminationes. ut hic acer. hec acris. hoc acre. que

n Ominatiuo hic sermo. Gtō sermonis.
Datiuo sermoni. Accusatiuo sermonem.
Vocatiuo o sermo. Ablatiuo a sermone.
Plurali ntō sermones. Genitiuo sermonum.
Datiuo sermonibus. Actō sermones.
Vtō sermones. Ablatiuo a sermonibus.

Ominatiuo hoc tempus. Gtō temporis.
n Datiuo tempori. Accusatiuo tempus.
Vocatiuo o tēpus. Ablatiuo a tempore.
Plurali ntō tempora. Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus. Accusatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora. Ablatiuo a temporibus.

Quarta declinatio nois.

n Ominatiuo hic sensus. Gtō sensus.
Datiuo sensui. Accusatiuo. sensum.
Vocatiuo o sensus. Ablatiuo a sensu.
Plurali ntō sensus. Genitiuo sensuum.
Datiuo sensibus. Accusatiuo sensus.
Vocatiuo o sensus. Ablatiuo a sensibus.

Ominatiuo hoc ueru. Genitiuo ueru.
n Datiuo ueru. Accusatiuo ueru.
Vocatiuo o ueru. Ablatiuo a ueru.
Plurali ntō uerua. Genitiuo ueruum.
Datiuo uerubus. Accusatiuo uerua.
Vocatiuo o uerua. Ablatiuo a ucrubus.

Quinta declinatio nominis.

n Ominatiuo hic dies. Genitiuo diei.
Datiuo diei. Accusatiuo diem.
Vocatiuo o dies. Ablatiuo a die.
Plurali nominatiuo dies. Genitiuo dierum.
Datiuo diebus. Accusatiuo dies.
Vocatiuo o dies. Ablatiuo a diebus.

De adiectiuis primæ & secūdæ declinationis.

Ominatiuo bonus bona bonum.
n Genitiuo. boni bonæ boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accusatiuo bonum bonam bonum.
Vocatiuo o bone bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali nominatiuo boni bonæ bona.
Genitiuo bonorum bonarū bonorum.
Datiuo bonis. Accusatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo o boni bonæ. a. Ablatiuo a bonis.

Adiectiua tertiæ declinationis.

n Ominatiuo hic & hæc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis. Datiuo prudent.

Accusatiuo prudentem & prudens.
Vocatiuo o prudens. Ablatiuo a prudente uel ti.
Plurali nominatiuo prudentes & prudentia.
Genitiuo prudentium. Datiuo prudentibus.
Accusatiuo prudentes & prudentia.
Vtō o prudentes &. tia. Ablatiuo a prudentibus.

Ominatiuo hic & hæc breuis & hoc. e.
n Genitiuo breuis. Datiuo breui.
Accusatiuo breuem & breue.
Vocatiuo o breuis & breue. Ablatiuo a breui.
Plurali nominatiuo breues & breuia.
Genitiuo breuium. Datiuo breuibus.
Accusatiuo breues & breuia.
Vocatiuo o breues & breuia. Ablatiuo a breuib⁹

Ominatiuo hic acer. hæc acris. hoc acre.
n Genitiuo acris. Datiuo acri.
Actō acrem & acre. Vtō acer. acris. acre.
Ablatiuo ab acri. Plurali ntō acres & acria.
Genitiuo acrium. Datiuo acribus.
Accusatiuo acres & acria. Vtō acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.

Nomina quedam irregularia.

n Ominatiuo hæc dom⁹. Genitiuo domi. uł domus. Datiuo domui. Actō domum.
Vocatiuo o domus. Ablatiuo a domo.
Plurali ntō domus. Genitiuo domorū uł domuū.
Datiuo domibus. Accusatiuo domos.
Vocatiuo o domus. Ablatiuo a domibus.

Ominatiuo plurali duo duæ duo. Genitiuo duorum duarum duorū. Datiuo duobus duabus duobus. Accusatiuo duos uel duo duas duo. Vocatiuo o duo duæ duo.
n
Ablatiuo a duobus duabus duobus.

Ominatiuo plurali ambo ambæ ambo.
n Genitiuo amborū ambarū amborum.
Datiuo ambobus ambabus ambobus.
Accusatiuo ambos uel ambo ambas ambo.
Vocatiuo o ambo ambæ ambo.
Ablatiuo ab ambobus ambabus ambobus.

Ominatiuo hoc plus. Genitiuo pluris.
n Datiuo pluri. Accusatiuo plus. Vocatiuo o plus. Ablatiuo a pluri. Nominatiuo plurali plures & plura. Genitiuo plurium. Datiuo pluribus. Accusatiuo plures & plura. Vocatiuo o plures & plura. Ablatiuo a pluribus.

posuimus quasi exemplaria reliquorum nominum pronominum ⁊ participiorum: que ad tertiam nominis declinationem referuntur. Sed ē animaduertendū quotiens in vno casu due sunt terminationes: priozem generis esse masculini vel feminini: posteriozem vero tantum neutri. vt in accusatiuo prudētem. ⁊ breuem acren cōia suut duorum generum prudens vero breue. acre generis sunt neutri. Eodem modo in vocatiuo breuis ad masculinum ⁊ femininuz pertinet breue ad neutrum. Eodem preterea modo in nominatiuo accusatiuo ⁊ vocatiuo pluralibus prudentes. breues. acres masculina ⁊ feminina sunt. prudentia. breuia. acria neutris tantummodo iunguntur. Ablatiuus tamen cum duas habet terminationes: indifferenter vtraq3 tribus generibus copulari potest. vt a prudente vel prudēti viro muliere. animali. Quod vero in genitiuo plurali quidam dicunt prudentum vel prudentiuz. prudentum abscisum est a prudentium. ficut celestum ⁊ agrestum celestium ⁊ agrestium. De nominibus irregularibus. Sunt quedam nomina. que non sequuntur proportionem nominum regulariter declinatozum. de quibus libzo secūdo sumus dicturi: sed iam ab initio pueri exercendi sunt in quadam irregularitatis pregustatione itaq3 hoc in loco posuimus pauca nomina. in quibus maxima videbatur esse varietas. ntō hec domus. quod tum per secundam. tum per quartam. tum per vtraq3 nominis declinationē inflecutur. Ambo ⁊ duo. que ⁊ si ad primam ⁊ secundaz nominis declinationem referuntur. magnam tamen ab ea diuersitatez habent. Plus quoq3 tam etsi tertie est declinationis. in singulari generis est tantum neutri in plurali vero cōe trium generum reperitur. Genitiuo domi vel domus. sed domi. vt dicit Ualla significat domum vbi quis manet. vt sum domi. expecta me domi ⁊ nō dom⁹. posteriozz vero genitiu⁹ q3 est ārte. ipsū edificiū. ⁊ corp⁹ significat qđ parietib⁹ ⁊ tectis ꝯstat. vt parte dom⁹ demolit⁹ suz. ꝑ familia quaq3 sed figurate quarte est declinatiois. vt habeo rationem domus mee. i. familie. Datiuo domui tantum quarte est. Accusatiuo domum tam secunde q̄ quarte. Uocatiuo o domus tantū quarte Ablatiuo a domo tantum secunde. Pluralis nominatiuo domus tātum quarte. Genitiuo domozuz vel domuum tam secunde q̄ quarte. Datiuo domibus tantum quarte. Accusatiuo domos tantum secunde. Uocatiuo o domus. Ablatiuo a domibus tantum quarte. Nominatiuo plurali duo. hoc nomen. sicut ⁊ reliqua numeralia. caret numero singulari. nec retinet proportionem adiectiuorum prime ⁊ secunde declinationis. Quare visum est hoc nomen cum sibi simili ambo per omnes casus explicare. vt illorum irregularitas magis appareat. Illud vero quod pro genere masculino duos vel duo. ambos vel ambo in accusatiuo posuimus quia rarum est. testimonio indiget. Uergili. xj. ene. Si duo preterea tales idea tulisset terra viros. Horatius. j. sermo. Duo si discordia vexet inertes. Idem. ij. ser. Preterea ne vos titillet gloria iure iurando obstringam ambo. Et Martialis. vij. epigra. Elisiū possidet ambo nemus. pro duos ⁊ ambos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pronominis declinatione. Quindecim sunt pronomina: quorum nulla est dubitatio apud grammaticos iuniores: que omnia ad quattuor genitiui diuersitates reducuntur: vnde facte sunt quattuor pronominum declinationes. Per primā tria declinātur. Ego. mei. tu. tui. genitiuo. sui. que tamē apud antiquiores alteros habuere genitiuos: qui iam exoleuerunt. mis. tis. sis. in quorum locum successerunt. meus tuus. suus. Ennius apud Priscianum. Ingens cura mis est concordibus equiparare. ⁊ Plautus in penul. Da diem hunc sospitem rebus mis agendis. Tis quoq; genitiuo idem auctor in milite gloriosō vtitur. Quia tis inquit egeat ⁊ quia te careat. At q; iterum in mercatore. Sis vero nusquam reperitur: suspicamur tamen fuisse apud antiquiores ex proportione illorum mis. tis. Sed inter hos bi nos genitiuos auctore Talla illa nimirum differentia fuit quod mis. tis. sis. actiue significabant mei. tui. sui. passiue. vt cura mis quod dixit Ennius. i. cura quam ego habeo. Cura mei. i. que de me habetur. Qui. in epistola Laodomie. Sit tibi cura mei. Eadē quoq; differentia ē inter nostrū vel nostri. ⁊ inter vestrum vel vestri. quia nostrū ⁊ vestrum actiue accipiuntur. nostri ⁊ vestri passiue. vt copia nostri. i. que de nobis habet. vt Qui. iij. meta. Ante ait emoriar: quam fit tibi copia nostri. Copia nostrum. i. quam nos habemus. Salustius in Catalina. Sepe maiores nostrum miserī plebis Ro. i. quos habuimus maiores. Sed quāquam diximus hoc pronomen vocatiuo carere. Donatus habere illum in plurali opinatur. Diomedes etiam in singulari: vt si exclamans dixeris. o ego felix. o nos felices. Sed queret fortasse quispiam: cur substulim⁹ genitiuos illos mis tis. sis. cū ab aliis appositi sint atq; e diuerso cur adiecimus in datiuo: mi: quod nemo alius fecit? Tam cupidus o Antoni es rerum nouarum. vt quod alij ponunt tollas. addas vero statim quod nemo posuit? At que illud respondemus. nos tā tum iis de rebus precepta tradere. que sunt i vsu latini sermonis probatissimo. Nam quemadmodum supra diximus. genitiuos illos mis. tis. sis. eruditio⁹ etas oblitterauit. in quorū locum substituit meus. tuus. suus. Plautum vero ⁊ Enniū qui genitiuis illis vsi sunt. inter priscos auctores numerandos esse alibi testati sumus. Mihi vero datiuus ⁊ si frequenter in vsu reperiatur mi quo q; nōnūq; apud idoneos auctores legimus. Vergili⁹. vj. eñe. Et mi genus ab ioue summo. Idem in eodem. Non vlla laborum o virgo noua mi facies inopinaue surgit. Et Oui. xiij. me. hic quo q; mi metuend⁹ erat. Atq; ecōtrario me in accusatiuo vsitatum est. cuz apud antiquos tragediarum scriptores mehe ab eo quod est mihi Fabi. Quintiliani etate. vt ipse dicit scriptum reperire tur. sicut nūc me ab eo quod est mi reperitur. sed vt diximus. quemadmodum seculum eruditius mi quandoq; recepit: ita mehe penitus repudiauit. Genitiuo sui: laborat Priscianus: ⁊ quidem frustra meo iudicio: cōnaturq; demonstrare cur genitiuo sui nominatiuo careat. atq; in vtroq; numero cur easdem voces habeat. Sed nos q vsu omnia probaturi sumus ideo nominatiuo carere dicimus: quia in vsu nusquam reperitur. Ideo vtrisq; numeri similes esse casuū voces: quia hoc vsus habet. Usus aūt q̄ melior dari possit ratio: cū quod vsus est: ego nō intelligo. Datiuo sibi Quintilianus li. j. ait. Sibe ⁊ quase scriptum in multorū libris est. Sed an hoc voluerint auctores nescio. Titum liuiuz ita vsuz ex Pediano comperi: qui ⁊ ipse eum sequebatur. hec nos. J. littera finimus.

De secunda pronominis declinatione. Ad hanc declinationem quinq; pronomina referuntur: que hic per numeros ⁊ casus explicantur. ⁊ omnia mittunt genitiuum in ius. ⁊ datiuū in. i. preterq̄ huic ab hic hec hoc: quod in fine assūpsit. c. Preterea est aduertēdū quod i hui⁹ ⁊ ei⁹. i. cōsonās ē in huic dtō tū cōsonās. tū vocalis reperit. Ver. j. geor. Hunc astirpe pedes temo ptētus in octo. Idē. j. eñe. Huic cōiūx Siche us erat ditissim⁹ agri: quibus in locis. i. cōsonās est: ga monosyllaba pticula ē huic. Dissyllaba vero reperitur aliqñ vt apō Pa pinīū li. j. theba. Let⁹ huic dono videas dare iura nepotes. Plaut⁹ i dtō ⁊ ablatiuo plurali ab hic hec hoc hib⁹ dixit in Curgulione. patissimi estis hib⁹ phis. Nec est ab is. ea. id qō in dtō ⁊ ablatiuo plurali facit eis vel iis i syneresim coeūtibus quēadmodū in ntō plurali ei vel. ii. Cicero in epla. Mā ei cām Bibuli valere cupiebāt. Juue. iplet ⁊ ad mechos dat eisdē ferre cynedis. De ii ⁊ iis exēpla oib⁹ i pmptu sūt. Nec fuerit ab re hoc i loco illā Talle vriā ānotare: qō hic hec hoc rē pme psone ō mōstrat. iste ista istud rē secūde psone. ille illa illud rē tertie psone. vt hic liber: quē ego habeo vel ppe me est. iste liber. quē tu habes vl ppe te ē ille liber. quē aligs habet aut ppe illū ē. Verg. j. eñe. Tuaq; hāc aiaz effūdere dextra. i. meā. Cice. i. philippi cis. Remoue paulisp istos gladios. i. tuos. Ver. j. eñe. Hic illi⁹ arma. i. Junois: de q̄ paulo āte dixerat. Quā iuno ferē Prisci

¶ Prima declinatio pnominis. Cap. iiii.

Ominatiuo ego. Genitiuo mei.
n Datiuo mihi uel mi. Accusatiuo me.
Ablatiuo a me. Plurali nominatiuo nos.
Genitiuo nostrum uel nostri.
Datiuo nobis.
Accusatiuo nos.
Ablatiuo a nobis.
Ominatiuo tu. Genitiuo tui.
n Datiuo tibi. Accusatiuo te.
Vocatiuo o tu. Ablatiuo a te.
Plurali noiatiuo uos. Genitiuo uestrū uel uestri.
Datiuo uobis. Accusatiuo uos.
Vocatiuo o uos.
Ablatiuo a uobis.
Genitiuo sui. Datiuo sibi.
Accusatiuo se.
Ablatiuo a se. Plurali genitiuo sui.
Datiuo sibi. Accusatiuo se.
Ablatiuo a se.

¶ Secunda declinatio pronominis.

Ominatiuo hic hæc hoc.
n Genitiuo huius. Datiuo huic.
Accusatiuo hunc hanc hoc.
Accusatiuo ab hoc ab hac ab hoc.
Plurali nominatiuo hi hæ hæc.
Genitiuo horum harum horum.
Datiuo his. Accusatiuo hos has hæc.
Ablatiuo ab his.

nus inter Iste ⁊ Ille hanc differentiā esse voluit: quod iste de spacio propinqore. ille de longiore dicitur. in quo auidi⁹ a Talla refellitur: cum hic ⁊ iste ad primā ⁊ secundam personā pertineant: que in sermone quodāmodo sunt presentes ⁊ proxime. Ille quod est tertie persone: de rebus erit absentibus ⁊ longioribus vt Vergilius. vij. eñe. Hec erat illa fames. i. presens erat illa: quaz ante predixerat Anchises. ⁊ Terē. in andria. Hinc ille lachrime. Hec illa est misericordia. Aliquando ille illa illud ponitur ad exprimendum dignitatem ⁊ eminentiam alicuius: quem omnes nosse debeant: vt quod dicimus Alexander ille magnus. Thales ille milesius. Ipse ipsa ipsum emphasim quandam habet in se ⁊ vehementiam significat. ideo reliquis pronominibus atq; etiam nominibus ad hoc exprimēdum additur. vt ego ipse: tu ipse. ille ipse. sui ipsius. hic ipse. iste ipse. Antoni⁹ ipse. Cesar ipe. homo ipse. Antiquiores pro eo quod est ipse i genere masculino ipsius dicebant. vt Terentius in andria. Ipsus dauos mihi dixit. Is ea id i eo quoq; differt ab hic hec hoc. quod is de rebus remotioribus. hic de propinquioribus dicitur. vt hic liber: quem habeo ⁊ quasi presentem demōstro. is liber quez tibi mi si: aut quem tibi mittaz. quasi de absente loquor. Ab is ea id in accusatiuo in pro eum in lege duodecim tabularum apud Macrobiuz in primo satur. reperitur. Si nox inquit furtum factum sit. si in aliquis occisit. iure cesus esto. De tertia pronominis declinatione. Ad hāc referuntur pronomina quinq;. que ex proportione nominū adiectiuorum prime ⁊ secunde declinationis nominum inflectuntur. ea sunt meus mea meum. tuus tua tuum. suus sua suum. noster nostra nostrum. vester vestra vestrum. que ideo per omnes casus non explicauimus. quia vt diximus. ex proportione nominum adiectiuorum prime ⁊ secunde nominum declinationis inflectuntur. Vocatiuum autem ab eo quod est meus mea meum ex presissimus ob eam causam. quia nō sequitur aliorum proportionem in genere masculino. Mā pro eo quod debuit esse mee mi dicendum est. Terentius in Adelphis. O mi Aeschine o mi germane Sed est hoc loco considerandum illud quod Talla in secundo libro elegantiarum scribit. nō bene Priscianum sensisse. cuz putauit nihil interesse inter possessiua pronomina. ⁊ genitiuos suorum primitiuorum. Maz ⁊ si in nominibus ita esse cōpertum sit. vt idem auctor precipit. quia tantum valet Euandrius ensis quantum Euandri ensis. in pronominibus illa ratio non valet. Neq; enī idem est amor meus quod amor mei. Maz amor meus. est quem ego habeo. amor mei est. quem alius de me habet. quod tamen latine potius dicitur causa mea ⁊ causa mei. Itaq; possumus dicere rogo te hoc facias causa mea ⁊ causa mei. sed diuersa est in vtroq; ratio. quia causa mea est. vt sic dixerim. respectu illi⁹ amoris. quo te psequor causa mei vero respectu eius amoris. quo tu me prosequeris. Recte igitur Laurētius sensit. quēadmodum supra memorauim⁹ genitiuos primitiuorū pnominum mis. tis. sis. nostrū. vestrum. actiue significare. sed quia illi ab vsu recesserunt in locum eorum substituta esse. meus. tuus. suus que actiue significarent. eadez quoq; ratione noster ⁊ vester actiue sunt accipienda. sicut ⁊ illa nostrum. vestrum primitiua. que tamen in vsu manserunt. quemadmodum ⁊ illa passiua nostri vestri.

Ominatino iste ista istud. Gtō istius. Datiuo isti. Actō istū istam istud. Ablatiuo ab isto ab ista ab isto. Plurali ntō isti istæ ista
n
Genitiuo istorū. istarū istorum. Datiuo istis. Accusatiuo istos istas ista. Ablatiuo ab istis.
Ominatiuo ille illa illud. Genitiuo illius.
n Datiuo illi. Actō illū illā illud. Ablatiuo ab illo ab illa ab illo. Plurali nominatiuo
illi ille illa. Gtō illorum illarū illorum. Datiuo illis
Accusatiuo illos illas illa. Ablatiuo ab illis.
Ominatiuo ipse ipsa ipm. Genitiuo ipsi⁹
n Dtō ipsi. Actō ipsū ipsam ipsū. Ablatiuo
ab ipso ab ipsa ab ipso. Plurali ntō ipsi ip
sæ ipsa. Genitiuo ipsorū ipsarū ipsorū. Dtō ipsis.
Accusatiuo ipsos ipsas ipsa. Ablatiuo ab ipsis.
Ominatiuo is ea id. Gtō eius. Datiuo ei.
n Actō eum eā id. Ablatiuo ab eo ab ea ab
eo. Plurali nominatiuo ei uel ii eæ ea. Ge
nitiuo eorum earum eorum. Datiuo eis uel iis.
Accusatiuo eos eas ea.
Ablatiuo ab eis uel iis.

Tertia declinatio ꝓ nominis.

n Ominatiuo meus mea meum.
Vocatiuo o mi mea meum.
Nominatiuo tuus tua tuum. Vocatiuo caret.
Nominatiuo suus sua suum. Vocatiuo caret.
Nominatiuo noster nostra nostrum.
Vocatiuo o noster nostra nostrum.
Nominatiuo uester uestra uestrū. Vocatiuo caret

Quarta ꝓnominis declinatio

n Ominatiuo hic & hec & hoc nostras. Genitiuo nostratis. Nominatiuo hic & hæc
& hoc uestras. Genitiuo uestratis. Omnia prono
mina carent uocatiuo: præterq̄ Nominatiuo tu.
Nominatiuo meus mea meum.

De quarta pronominis declinatione. Ad hanc duo tantum pronomina referuntur nostras nostratis. vestras vestratis quorum tantum nominatiuos ⁊ genitiuos singulares expressimus: quia decliuatur ex proportione nominum adiectiuorum tertie declinationis. Posuimus autem illa trium generum communia: cum alij duorum tantum posuerint: quod inuenio illa etiam neutris coniuncta. vt Cicero in epistolis ad Celium. Putares ne vnāz accidere posse: vt mihi verba deessent non solum ista vestra oratoria: sed hec etiam leuia nostratia? Cato quoq; censorinus. Rex Seleucus arma nostratia facit. Neq; id mirum: cum nomina etiam gentilia in. as. finita: quorum hec duo pronomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na in significatione ⁊ terminatione sunt similia: cōmunia sunt trium generum: quemadmodum libro sequenti dicturi sum⁹ Omnia pronomina. Ratio huius est: q illa pronomina atq etiam nomina tantū possunt habere vocatiuum: quorum demonstratio differt secundam personam presentem: ⁊ habent significationem pronominis in vocatiuo. Unde prime atq tertie persone pronomina vocatiuum non habent. q̄q̄ Ualla Prisciano astipulatur suus sua suum posse vocatiū habere vt si dixeris. Benedicite dominum angeli sui. angeli sui vocatiuus est: Sed quemadmodum ille dicit: si nulla huiusmodi ex empla reperiantur: propterea quod raro sit opus huiusmodi sermone. ratio tamen ipsa tam valida est: ut ea possimus esse contenti. De nominibus per secundam declinationem inflexis.

Hec sūt nouē nomina cum suis compositis. que ipsa Diomedes atq etiam omnes prope grāmatici ante Donati tempora pronominibus annumerant. Ratio autem declinatiōis horum nominū libro sequenti disserctur: cum de prima nominū declinatione agemus. Sed interim de hoc nomine quis uel qui cum suis compositis dicamus atq illud in primis quod per quis interrogam⁹ per qui vero nunq̄ interrogamus: sed referim⁹ Fuit etiam quis apud antiquiores generis feminini: vt Plautus in aulul. quis ea est nā ophina. ⁊ paulo post. dic mihi queso quis est quā vis ducere vxorem? atq ab eo compositum quisq̄. Terentius in Eunucho. Nunc oculis nostrarum quisq̄ nō vidit. Donatus in illud Terentij quā do illarum neq̄ quisq̄ te nouit. Quisq̄ inquit multis exemplis probatur etiam feminino genere veteres protulisse: quia queq̄ dicere absurdū ē. in accusatiuo quoq q̄q̄ in genere feminino nemo dicere audebit. ⁊ in libro digestorum titulo qui est de verborum significatione. leg⁹ cuius initium est. Siquis tam masculos quā feminas cōplectitur. Inter quod etiam ⁊ quid illa est differentia: q quod adiectiuum est: quid vero substantiuum. vt si dicam quod lucrum inde habes: ⁊ illud Socratis apud Ciceronē Dij boni quid lucri est emori? non autem recte possis ecōtrario dicere. quod lucri aut quid lucrum: nimirū quia quod adiectiuum est qui vero substantiuum. eadem quoq rationē dicimus aliquod cōmodum ⁊ aliquid cōmodi. quoddam bonum ⁊ quiddam boni. sed cōmodū ⁊ bonū substantiue accipiēda sunt. Cui in datiuo tū monosyllabū tū dissyllabū reperiē: quēadmodū de huic supra dicebam⁹ Nam si in. i. consonātem definit. monosyllabum est. vt Uergili. in esse. Cui pater intactā dederat: primisq̄ iugarat. Tūc vero dissyllabū est. cū vtraq̄ vocalis perse pronunciatur. neq̄ altera alterā ferit. vt Terentianus in carmine sotadico apud Priscianū. quod constat duobus ionicis a maiori ⁊ tribus trocheis. Uerum vt cuiq̄ est proximitas loci sorori. Qui ablatiuus ē triū generū pro masculino. Tereti⁹ in Eunucho. qui cū Parmenone pro feminino Uerg. i. tj. esse. Accam er eē libus ynā. Qui cū ptiri curas pro neutro Horat. primo. ser. Aut aliqui famosus magna cū libertate notabāt. Pro neutro quoq̄ substātino. Idem in codē. Qui fit mecenas. vt nemo q̄s sibi sortē. Quis vel qbus nō tm̄ in ablatiuo. quod alij posuerūt. sed etiā in datiuo reperitur. Uergili. in. esse. Quis ante ora patrum Troie sub menibus altis. ⁊ Salusti⁹. Quis precepit vti primum veteres amicos maguis muneribus expleant. De compositis a quis vel qui. Hec in triplici sunt differentia: quia quedam reperiuntur. que particulas post se recipiunt. quedam ante se. Unum vero sibiipsi preponitur. ⁊ postponitur hoc est Quisquis queque quodquod vel quidquid Que recipiunt post se particulas: aut componuntur cum quis aut cum qui cum quis componuntur quinq̄. Quisq̄. Quisnam. Quispiam. Quisq̄. Quisputas. Cum qui quattuor. Quicumq̄. Quidam Quilibet. Quiuis. Quisquis. vt diximus. sibiipsi preponitur ⁊ postponitur. Que vero recipiunt ante se particulas. compo-

quis interrogat ne - quis dat ne

ff 27 auctoritas

quid substantiue. quod adiectiue. accipit

Nominatiuo noster nostra nostrum.
Nominatiuo nostras.

De nominibus per pronominis secūdam inflexis.

n Ominatiuo unus una unū. unis. uní.
Ntō nullus nulla nullum. nullius. nullí.
Nominatiuo ullus ulla ullum. ullius. ulli.
Nominatiuo solus sola solum. solius. soli.
Nominatiuo totus tota totum. totius. toti.
Nominatiuo alius alia aliud. alius. alii.
Nominatiuo alter altera alterum. alterius. alterí.
Nominatiuo uter utra utrum. utrius. utrí.
Ntō neuter neutra neutrū. neutrius. neutrí.
Nominatiuo uterq̄ utraq̄ utrūq̄. utriusq̄. utriq̄.
Nominatiuo quis uel quí quæ quod uel quid.
Genitiuo cuius. Datiuo cui.
Accusatiuo quem quam quod uel quid.
Ablatiuo a quo qua quo uel qui.
Plurali nominatiuo qui quæ quæ.
Genitiuo quorum quarum quorum.
Datiuo qs uel quibus
Accusatiuo quos quas quæ.
Ablatiuo a quis uel a quibus.

Composita a quis uel quí.

n Ominatiuo quisq̄. quæq̄. quodq̄ uel quidq̄.
Quisnam. quænā. quodnā. uel quidnam.
Quispiam. quæpiā. quodpiam uel quidpiam.
Quisq̄. quæq̄. quodq̄ uel quidq̄.
Quisputas. q̄putas. quodputas uel qdputas.
Quicūq̄. quæcūq̄. quodcūq̄ uel quidcūq̄.
Quidam. quedam. quoddam uel quiddam.
Quilibet. quælibet. quolibet. uel quidlibet.
Quiuis. quæuis. quoduis uel quiduis.
Quisquis quæquæ quodquod uel quidquid.

nuntur cū quis ⁊ sunt quinq̄. Aliquis. Ecquis. Nequis. Nūquis. Siquis que nominatiuo singulari mittunt femininā in. a. atq etiam nominatiuum accusatiuum ⁊ vocatiuum plurales. vt aliquis aliqua aliquod vel aliquid. Plurali nominatiuo aliqui alique aliqua. accusatiuo aliquos aliquas aliqua. aliqui alique aliqua in vocatiuo: si modo vocatiuum habet. eodemq̄ modo reliqua. Horatius. j. ser. Concute nunqua tibi vitiorum inseuerit olim. Uergi. iij. enc. Nic tibi nequa mor fuerint diserendia tanti. Idē ii. x. Rhebe diu res siqua diu mortalibus vlla est. Unusquisq̄ rursus componitur ab vnus particula prepositiua ⁊ que postposita vt sit quarta ratio compositorum a quis vel qui.

Aliquis. aliqua aliquod uel aliquid.
Ecquis. ecqua. ecquod uel ecquid.
Nequis. nequa. nequod uel nequid.
Nunquis. nunqua. nunquod uel nunquid.
Siquis. siqua. siquod uel siquid.
Vnusquisq̄. unaquæq̄. unumquodq̄ uel unumquidq̄.

De prima græcorum declinatione. Cap. iiij.

Ominatiuo hic æneas. Genitiuo æneæ.
n Datiuo æneæ. Accusatiuo æneam.
Vocatiuo o ænea. Ablatiuo ab ænea.
Nominatiuo hic anchises.
Genitiuo anchisæ. Datiuo. anchise.
Accusatiuo anchisen.
Vocatiuo o anchise.
Ablatiuo ab anchise.

De secunda græcorum declinatione.

Ominatiuo hæc calliop e.
n Genitiuo calliopes. Datiuo caliope.
Accusatiuo calliopen.
Vocatiuo o calliope.
Ablatiuo a calliope.

d E prima declinatione Grecorū nominū. Capitulum. iij.

Sermo latinus quemadmodum ⁊ ceterarum nationum lingue non vsq̄ adeo purus est: vt non aliquid sibi aliunde absciuerit. Cum vero magna illi⁹ pars a sermone greco dependeat non modo vocabulorum siluam ab eo traxit: verum etiam cum litteratura quosdam casus more grecos vsurpauit. Unde Quintilianus in primo his verbis scribit. Recētiores insti tuērūt grecis noibus grecas declinationes potius dare: quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet latinam rationem sequi: quousq̄ patitur decor. Itaq̄ ⁊ nobis quoq̄ vsum est: ne declinationes latinas confundere mus cum grecis in hunc locum nominū grecorum declinationem compingere. non illam quidem mere grecam sed ita digestam: vt facile appareat: quos casus ex greca declinatione latini vsurpare consueuerint. Sed est in primis considerandum omnia greca generis esse aut masculini. aut feminini. aut neutri. nam cōmunis duorum rara sunt referendaq̄ esse vel ad primā vel ad secundam vel ad tertiam latinorum declinationem. Et q̄ greca declinatio fere in nominib⁹ propriis grecorum vsurpatur: quorum rarus est vsus in numero plurali. tantum singularem explicauimus: cum presertim pluralis ad declinationem plerumq̄ latinam referatur. nisi q̄ genitiuus pluralis: quia grecis semper terminatur in on. aliquādo a latinis vsurpat. Martialis. j. epi grā. Tota notus in vrbe Martialis Argutis epi grāmatō libellis. Et illud nomē dei ineffabile. q̄d dicit Tetragrāmaton. i. quattuor litterar. Usurpant quoq̄ nominatiuus accusatiu⁹ ⁊ vocatiu⁹ plurales a nom⁹ grecis masculinis ⁊ femininis: que crescunt in genitiuo singulari referunturq̄ ad tertiam declinationem latinorū: mittūt cosdē casus in. s. breue cō ex ratione declinationis latine sit longa. sed ⁊ accusatiuū in. as. quoq̄ breue. vt hic arcas hi arcades. accusatiuo arcades vel arcadas. o arcades. hec lampas he lampades. accusatiuo lampades vel lampadas. o lampades. Illud preterea est aduertendum quinq̄ esse declinationes grecorum: quarum prime quattuor sunt nominum equi syllabicorum. i. parium syllabarum in genitiuo singulari. que omnia reducuntur ad primam ⁊ secundam declinationē latinorum. Ultima est perittosyllabicorum. i. crescentium in genitiuo singulari que reducuntur ad tertiam latinorum. Prima itaq̄ declinatio grecorum est desinentium in. as. ⁊ in. es. masculinorum tantum: que apud illos mittunt genitiuum in. u. referunturq̄ ad primam declinationem latinam. vt hic eneas enee. hic anchises anchise. Usurpatur autem in his nominatiuus: quia nullum nomen latinum reperitur in. as. aut in. es. terminatum quod huius sit declinationis. Usurpatur quoq̄ accusatiuus quando in. n. desinit. cum vocali nominatiui. vt eneā anchisen. Nā cum. m. eneam anchisam accusatiui sunt latini. Usurpant preterea vocatiui o enea o anchise vel anchisa finali producta. nā latini essent o enea o anchisa finali correpta. Ablatiuo ab enea ab anchise. quo casu quoniam greci carent: ab enea mere latinus est: ab anchise ex grece declinatiōis similitudine. que datiuum in. e. longū emisit quoniam ab anchisa latinum esset. Ex proportione nominum in. es. desinentia declinantur nomina patronymica masculina finita in des. que omnia sunt greca: nisi q̄ ad imaginem grecorum ausi sunt latini quedam pauca deducere. vt a Scipione Uergilius fecit Scipiades. a Themistocle Lucretius Themistiades. Secūda grecorum declinatio est desinentium in. e. ⁊ in. a. femininorum tantum que apud illos mittunt genitiuum in. es. atq̄ etiam aliquando in. as. cum scilicet nominatiuus in. a. longum purumq̄ desinit. vel in da. vel in. ra. vel in tha. vt hec hermenia hermenias. vnde est liber Aristotelis periher menias. i. de interpretatione. hec leda ledas. hec mera meras. hec martha marthas. ad cuius genitiui similitudinē latini quoq̄ fecerunt familia familias. terra terras. referuntur autem ad primam declinationem latinam. Sed terminatorum in. e. latini omnes casus vsurpant. vt hec calliope calliopes. calliope calliopen o calliope. a calliope. qui casus ⁊ si mere latinus est vt diximus. tamen in terminatione datiuo similis est latine tamen sub alia terminatione declinantur. hec calliopeia. e. Uergilius in buccolicis. Orphei calliopeia lino formosus apollo. Eodem modo a penelope. es. penelopeia. e. Idem in priapeia. Mens erat in cunno penelopeia tuo. Sic preterea helene. es. helena. e. nympha. es. nympha. es. circe. es. circa. e. Ad horum proportionem declinantur nomina patronymica feminina in. ne. vt hec nerine. es. adastrine. es. i. filia nerei ⁊ adastri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia grecorum atticorũ declinatio que ad secundam latinorum referri possunt: est desinentium in .os. longum masculinorum ⁊ femininorum. ⁊ in .on. eque longum neutrorum. mittuntq; apud illos genitiuum ⁊ datiuum in .o. ⁊ accusatiuum in .on. vel in .o. Vocatiuus similis est nõ. Ablatiuus datiuo. vt hic androgeos androgeo. ādrogeo. androgeon. o androgeon. vel in .o. Vocatiuus similis est nõ. Ablatiuus datiuo. vt hic androgeos androgeo. ādrogeo. androgeon. o androgeon. ab androgeo. Latini huius declinationis vsurpant nominatiuum. vt hic androgeos. Vergili. in. ene. Androgeos offert nobis socia agmina credens. vbi. os. longum est. Iuuenalis. Velificatus athos: ⁊ quicquid grecia mendax. Vsurpatur quo dq; genitiuus vt apud Vergilium. vj. ene. In floribus letum androgeo tum pẽdere penas. Vbi androgeo esse genitiuum. Atticum Seruius ibidẽ ostendit. Paulus quoq; aplus in epistola corinthiozum prima hieronymo interprete. Ego quidem sum pauli: ego autem apollo. qui genitiuus est atticus. neq; est indeclinabile: vt quidã in eo loco delirant: sed declinatur per hanc declinationem. hic apollos. apollo. apollo. apollon. o apollos. ab apollo. Idem Hieronymus ablatiuum qui datiuo similis est: protulit in eadem epistola dicens. de apollo autem fratre notum vobis faci o. Accusatiuum quoq; atticum protulit in .o. Idem Hieronymus in epistola ad Titum dicẽs. Zenam legisperitum ⁊ apollo sollicite permitte. ⁊ Vergili. j. geor. Aut atho aut rhodopeyq; alta Ceraunia telo deijcit. Nam sic legendum esse ratio suadet. cum accusatiuus in .on. huius declinationis finalem debeat producere: quia pro .me ga scribit a grecis. sed quod hoc in loco obtinuis reperitur fit ratione sequentis vocalis. vt apud eundem in bucco. Te corydon o alexi: trahit sua quemq; voluptas. Referũtur autem huiusmodi nomina ad secundam nominis declinationez cũ cũ apollos declinatiõe latina apollo. inis declinatur Quarta declinatio grecorum est desinentium in .os masculinorum et femininorum. et in .on. neutrorum: mittunt apud illos genitiuum in .u. ⁊ datiuum in .o. ⁊ accusatiuum in .on. vocatiuum in .e. vel in .os. neutrorum vero in .on. ablatiuus similis est datiuo. Latini huius declinationis frequenter vsurpant nominatiuum. vt hic logos. hec abydos. hoc ilion. qz nullum latinuz huius ordinis in .os. terminatur. aut in .on. vsurpant quoq; accusatiuum. vt logon. abydon. ilion. ⁊ vocatiuum. vt o loge vt logos. o abyde vel abydos. o ilion. Datiuus ⁊ ablatiuus eque greci sunt ⁊ latini. Nolatiuus pluralis a latinis vsurpatur in .e. diphthongon. Licero de natura deorum. iij dioscore pro dioscori. Idem actione septima in verrem. canephore pro canephori. A plinio quoq; multis locis hec terminatio vsurpatur. vt in .iiij. natu. insule inquit pare pro pari. ⁊ in .u. golge pro gõlgi. ⁊ in eodẽ sole pro soli. Iterũ neure pro neuri. taphre pro taphri. gynecratumene pro gynecratumeni. Referũtur hec quoq; nomia ad secũdam declinationem latinam. Quinta declinatio grecorum que est crescentiũ in genitiuo masculinozũ femininozũ neutrozũq; varias habet nominatiui terminationes. quozum in eus diphthõgon desinentia referuntur ad secundam declinationem. Vsurpatur vero a latinis nominatiuus quia nullum nomen latinum in .eus diphthongon desinit. ⁊ genitiuus in eos. vel in .ei. diphthõgõ qz in ei. solutas latinũ est. ⁊ datiuo in .ei. diphthõgõ. ⁊ accusatiuus in .ea. ⁊ vocatiuo in .eu. vt tereus pentheus. orpheus. Tereos terei. pentheos penthei. orpheos orphei. Teri. penti. orphi. Terea penthea. orphea. Tereu. penthea. orpheu. Martia. in distichis. Flet philomena nefas incesti tereos. Et que Vergili. in bucco. Aut vbi mutatos terei narrauerit artus. Idẽ in eodẽ orphei calliopeia lino formosus appollo. ⁊ in eodẽ. orpheaq; in medio posuit siluasq; sequentes. Idẽ. j. geor. Te proidit orpheu. qs tanto furor. ⁊ Horat. j. ser. pẽtheu rector thebarũ. ⁊ Oui. Accipe me capaneu. cineres miscebimus ingt iphias. q casus semper a latinis vsurpatur. Od vero diximus gtõs in ei. diphthõgõ desinẽtes grecos eẽ oẽs grãmatici dicũt datiuos esse pro genitiuis. qre nihil refert genitiui an datiui sint. Mtõ hec sappho. Noia quoq; femia in .o. lõgũ desinentia: que apud grecos in .oos. mittunt genitiuum. ⁊ reliquos casus in .o. vsurpantur a latinis in omnibus casib⁹ genitiuum tñ per syneresim vsurpant in .us. vt sappho sapphus. clio. clius. mantho manthus. dido didus. Oui. in epistola. Sapphus. an nisi legisses auctoris nomina sapphus. Idẽ in primo de arte. Non mihi sunt vise clio cliusq; sorores. Vergili. Fatidice manthus ⁊ thusci filius annis. nam quod quidam voluerunt huiusmodi nomina ad tertiam declinationem referre. atq; genitiuũ mittere in .onis. vt declinentur sappho sapphonis. dido. didonis. calypso calypsonis. irridẽtur a Quintiliano his verbis. Neq; enim calypsonem dixerim vt iunonem: q̃q̃ secutus antiquos. L. cesar vtitur hac ratione declinãdi sed auctoritatem consuetudo superauit. Phocas preterea grammaticus non contẽnendus in declinatione greca scribit errant qui didonis aut manthonis genitiuũ dicũt. ⁊ vocũ asperitas ⁊ veterum auctoritas eiusmodi declinationem repudiãt.

De tertia græcorũ declinatione.

Ominatiuo hic androgeos. Genitiuo androgeo. Datiuo androgeo.
n Accusatiuo ãdrogeo. Vocatiuo o androgeos. Ablatiuo ab androgeo.

De quarta græcorum declinatione.

Ominatiuo hic logos. Genitiuo logi.
n Datiuo logo. Accusatiuo logon.
Vocatiuo o loge uel logos.
Ablatiuo a logo.

Nominatiuo hoc ilion. Genitiui ilii.
Datiuo ilio. Accusatiuo ilion.
Vocatiuo o ilion. Ablatiuo ab ilio.

De quinta græcorum declinatione.

Ominatiuo hic tereus. Genitiuo terei uel tereos. Datiuo terei.
n Accusatiuo terea. Vocatiuo o tereu.
Ablatiuo a tereo.

Nominatiuo hæc sappho. Genitiuo sapphus.
Datiuo sappho. Accusatiuo sappho.
Vocatiuo o sappho. Ablatiuo a sappho.

Nominatiuo hic pan. Genitiuo panos.
Datiuo pani. Accusatiuo pana.

Insula cincta mari. nauis. cũq; urbe poema.
Fœminei generis sunt causa significati.

significationis regula est: q nomina que ex ipsa rerum significatione ad mares ⁊ feminas pertinent. communia sunt duoꝝ generum. vt hic ⁊ hec pauper. homo. testis. Nomina preterea que ex ipsa rerum significatione ad mares ⁊ feminas ptinent atq; etiam neutris iungi possunt: communia sunt trium generum. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc prudens. sapiens. felix. Sed quoniam hec regula ad innumeras prope dictiones pertinet. in quibus aliqua fuerit difficultas. quo genere sint proferende. per regulas terminationum facilius explicabitur. Dicit igitur illud nomen est duplici genere. id est duplicis generis. septimus casus pro genitiuo: quod vterq; sexus. hoc est masculinus ⁊ femininus recipit. Et illud nomen est commune trium generum: quod ad hec. id est vltra duo illa genera iungis neutro: quia masculinis ⁊ femininis ⁊ neutris iungi potest. Menses cum fluuijs. Quarta regula significationis est q quia mensis generis est masculini. nomina quoꝝ mensium generis sũt masculini. vt hic aprilis quintilis. sextilis. september. Preterea. quia fluuius generis est masculini: nomina quoq; fluuiorũ generis sunt masculini. vt hic arar. garũna. bethis. atax. Properti⁹ libro secũdo. Testis arar rhodanusq; celer. magnusq; garumna. Martialis. bethis oliuifera crimen redimite corona. Idẽ in eodem. Quem tremeret forti milite victꝰ atax Sequtur tamen aliquando genus terminationis. Lucanus in septimo. Et dãnata diu romanis allia fastis. Ouidius quarto fastorum. Lauiger ⁊ tanto est albula pota deo. nam albula is est: qui postea tybris fuit appellatus: Martialis tamen libro xj. masculino iunxit. d. Cui rector aquarum albula nauigerum per freta tendit iter. Lucanus neutro genere dixit libro secundo. Crustumium q; rapax. ⁊ iuncto sapis isauro. Idez in. iiij. Et tepidum in molles zephyros discurrit iader. crustumium ⁊ iader etiam ratione significationis possunt generis esse neutri: quia flumina intelliguntur. quod Horatius expressit. in poetria. d. aut flumen rhenum aut pluuius describitur arcus. Idem quarto carmine: Testis metaurum flumen ⁊ hannibal victus. nam testis etiam neutris iungi posse suo loco dicemus. Arboris est nomen. Quinta regula significationis est: q q arboꝝ generis est femini ni: nomina quoq; arborum generis sunt feminini. vt hec prunus. pyrus. sorbus. pinus. laurus. populus. Excipiuntur generis masculini. hic rubus. hic dumus. sed rubus quia frutex potius est. quod ad arboris altitudinem non assurgit. Uerg. in buco. Ferat ⁊ rubus asper amomum. quamq; serenus femininum etiam protulit dicens. Additur apta rubus gingiuis. Dumus vero: quia non tam certum quoddam genus fructicis: quam fructicem ipsum significat. Oleaster quoq; quia degenerat ab oliua: masculino genere quasi fruticem protulit. Uergilius secundo georg. Indicio est tractu surgens oleaster eodem plurimus. Ob vero dixit amarus folijs: allusit ad illud Uergilij. folijsq; oleaster amaris. Lalphurnius tamen neutro genere protulit in eglogis. Alde teneras salices iuuat aut oleastria putare: aut potest esse ab eo quod est hoc oleastrum. sic enim possumus dicere oleaster oleastrum: sicut apinus pinaster ⁊ pinastrum: a pyrus pyraster ⁊ pyrastrum. Plinius libro. xv. pinaster nihil aliud est: q; pinus siluestris. copiosam dat hec materiam: genere femnino dixit hec. Theophrastus quoq; interprete theodoro gaze libro quarto de stirpibus. sicut pinastri inquit: que in locis vmbrosis nascuntur. Idem quoq; auctor eodem interprete sub alia terminatiõe in genere neutro protulit in primo eiusdem operis. pinastrum inquit amplissimum pulcherrimumq; apricis locis emigrat. Idem in secundo. Exit ex pyro vitiatum pirastrum. cum alias pyraster sepe dixerit. Spinus spini. Seruius in illud Uergilij. secundo georgicorum. spinos ⁊ pruna ferentes generis esse masculini dicit. Neutra quoq; sunt. siler. robur. suber. laburnum. Uergili. secundo georgicorũ. Molle siler lenteq; genistę. vbi Seruius notat genus neutrum raro de arbore inueniri. Theophrastus libro tertio. de stirpibus theodoro interprete. quidam robur ⁊ nucem auellanam florere existimant. Idẽ eodem interprete libro primo. Suber etiam viride leue est: nisi forte hic de ligno locutus neutro genere est vsus. nam Plinius li. xvj. masculino genere dixit. serotino autem germine malus tardissimus suber. Idem in eodem. iuglandes. castanee. laburnum. alpina hec arbor nec vulgo nota: que cum sola materia censeatur merito generis est neutri. presertim cum generis neutri terminationẽ habeat. quẽadmodũ Uergilius. de materia beneficit. nigrum fert hebenum. Idem libro primo eiusdem operis ⁊ torno rasile buxum. Et. vij. ene. Mirata volubile buxum. Ouidius primo de amoribus. Aut nuper vile fuistis acer. Multa preterea arborum peregrinarum nomina quarũ materia tantum ad nos peruenit. neutro genere inueniuntur ab auctoribus prolata. vt bdelium. balsamum. cinamomum. Insula cincta mari. Sexta regula est: q quia insula. nauis. vrbs. fabula poetica generis sunt feminini: nomina quoq; insularum. vrbium. fabularum ex ratione significationis generis sunt feminini. Itaq; quattuor partes continet. Prima est q nomina insularum feminina sunt. vt lamos. chios. lesbos. Uergilius primo eneida. Posthabita coluisse samo. Horatius primo epistolarum. Quid tibi visa chios bullati notaq; lesbos. Sequuntur tamen aliquãdo genus terminationis. vt Ouidius. xj. methamor. Et mitylenei potiunt littore lesbi. Horatius igitur ex ratione significationis protulit lesbos genere femminino. Ouidius tamẽ respiciens terminationem genere masculino. Mauium quoq; nomina generis esse feminini poetarum vsus ostendit. vt centaurus. pistris. argo. Uergilius. quinto enei. Centauro inuehitur magna scyllaq; cloanthus. ceruica. ibidem partem rostro premit emula pistris. Idem in buccolica. Erit altera que vehat argo delectos heroas. Nomina preterea vrbium generis sũt feminini. vt sestos. abydos. saguntos. castulo preneste. Ouidius in epistola leandri. Tuel tua me sestos: vel te mea sumat abydos. Silius libro primo. Leu tota saguntos igne micet. Idem. libro tertio. Fulget precipuis parnasia castulo signis. Uergilius. viij. ene. Preneste sub ipsa. ⁊ Juuenalis. quis timet aut timuit gelida preneste ruinam. Idem tamen primo georgi. terminationem respiciens dixit. pontus ⁊ ostriferi fauces tentantur abydi. Lucanus libro tertio. Obsessum poeno gessit quod marte saguntum. ⁊ Juuena. Atq; coronatum ⁊ petulans madidumq; tarentum. Uer. viij. ene. Quaq; altum preneste viri. Silius. iij. punicorum. ⁊ celebre oceano atq; alterius fluctibus hispal. ⁊ Martii. Fluctus passeris aut superbus anxur: quod oppidum etiam genere neutro protulit. Hora. j. ser. Impositum saris. late candentibus anxur. Nomina quoq; poematum hoc est comediarũ. tragediarũ. ⁊ fabularum poeticarum generis sunt feminini. vt eunuchus. Heautontimerumenos. thyestes. eneis. iliae. Terentius. eas se non negat personas transtulisse in eunuchum suam. Idem. Nouie sum acturus heautontimerumenõ. duplex que ex argumento facta est simplici. Et si cũ Quintiliano dicã varij thyestea

Dictio non nomen pro nomine sit tibi neutra
Neutras pone notas seu grecas siue latinas.
Omen: quot sit in. a. finitum. dic muli-
n ebre.
Accedunt maribus popa uenter. scriba lanista.
Scurraq; cum lyxa. sinius adria. uacia. pansa
Vernaq; cum tabula. caculaq;: agrippaq; iungis.
Et quod ab es græco constat uenisse latinum:
Cuius fœmineum plerumq; fit in tria. uel tis.

cuilibet grecorum comparanda est. Papi. xij. the. neq; tu diuinã eneida tenta. ⁊ Persius. nullam tibi vẽdo iliada. Quod vero Juue. dixit. Scriptas ⁊ in tergo nec dum finitus boreles: ad virum potius illum q; ad fabulam respexit. Sunt qui dicãt nomen fabule cum est appellatiuum. debere esse generis feminini. cum vero proprium. retinere genus suum. Nam q Uergili. bucolica. georgica neutro genere inscripsit: alia figura dictum est. cum neq; illa proprie poemata dicantur. que Aristotele auctore in libro de arte poeti. debent esse vnius rei ⁊ continuate. ad quod videtur alluisse Ouidi cum in principio sue metamorphoseos scripsit. Primaq; ab origine mundi ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Dicit igit insula cincta mari. ad differentiã insule vrbane. hoc est nomina ĩsularum. ⁊ nauis. i. nomina nauium ⁊ poema. i. nomina fabularũ cum vrbe. i. cum nominibus vrbium. sunt generis feminini ex ratione significationis. Dictio non nomen. Septima regula est. q dictio que a prima positione sua non est nomẽ: si ponatur pro nomine generis est neutri. dictiones autem huius modi aut sunt ẏba. aut participia. aut aduerbia vt hoc amare. viuere. aue. salue. vale. Terentius in eunucho. Extrema linea amare non nihil est. i. amoris. Persius autem genus expressit in prima satyra. Nostrũ illud viuere triste asperi. i. nostrã istam vitam tristem. Martialis aue latinum chere non potest grecum exprimere. Ouidi. in. epistola laodomie. vix illud potuit dicere triste vale.

Participia quoq; vt hoc in conueniẽs. accidẽs cõtingẽs antecedẽs. ꝓsequẽs. Intelligo aut de pticipijs q̃ nõ iungunt substãtiuis masculini aut feminini generis: cum exprimuntur: aut cum supprimuntur. nam illa oriens. occidens masculina sunt: quia subintelligitur sol. profluens. confluens. torrens eque masculina: quia subintelligitur fluuius. Aliquando tamẽ aqua profluens dicitur: vt apud Liuium primo ab vrbe. pueros in profluentem aquam mitti. Continens vero femininum ẽ: quia terra subintelligitur: consonans quia littera. sed de his cum de genere participiorum differetur: plura dicemus. Aduerbia quoq; generis sunt neutri. vt decenter. belle. euge. sophos. cras. Persius. quin optes tepidum hoc audire decenter. Idem. euge tuum ⁊ belle: nam belle hoc excute totum. Idem ecce aliud cras egerit hos annos. Martialis. Audieris cum grãde sophos dum basia iactas. Idem alio loco. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata. interpretatur autem sophos sapienter. Neutras pone notas. Octaua regula significationis est: q nomina litterarum grece ⁊ latine generis sunt neutri: ⁊ hoc quia grece grammata dicuntur: latine vero elementa. vt hoc alpha. beta. iota. thita. Martialis est opere precium discere thita nouum. ⁊ Persius. ⁊ potis es vicio nigrum prefigere thita. Hieronymus in euangelio. Non pertrãsibit neq; vnum iota. neq; vnus apex. eadem quoq; ratione dicemus. o. micron. ypsilon. ⁊ vnum. a. duo. b. tria. c Ex ratione quoq; significatio nis quia littera generis est feminini: litterarum nomina aliquando genere femnino proferimus. vnde alias appellam⁹ vocales alias semiuocales. alias mutas. alias liquidas. Dicit igitur neutras pone notas. i. litteras. hoc est litterarum nomina: siue sint greca siue latina. ⁊ sunt indeclinabilia. Nomen quod sit in. a. Propositis regulis generalibus ad cognoscendum genus nominum ex ratione significationis: nũc quod reliquum est: quodq; sub nulla ex illis regulis continetur: per terminationes ordinis alphabetarij disponit. sic tamen vt prius vocales: deinde consonantes digerantur. Dicit itaq; in primis q nomina terminata in. a. generis sunt feminini. vt hec musa. grammatica. terra fortuna. Excipiuntur pauca generis masculini popa cum pro ventre prepingui accipitur. nam generis esse masculini Phocas testatur. Dixit autem popa venter alludens ad illud Persi⁹. ast illi tremit omento popa venter. nam pro pingui generis esset feminini. Pope etiam dicebantur ministri sacrorum siue victimarij. Propertius libro. iiij. succinctiq; calent ad noua sacra pope. Spartianus in geta. Percussit inquit hostiam popa nomine Antonius. Persius itaq; non tam propingui ⁊ obeso q̃ pro phagone ⁊ heluone ventre dixit. Ast illi tremit omento popa venter. Scriba. lanista. scurra. lixa. quia nomina sunt officiorum ad solos mares pertinentia. ideo sub genere tantum masculino ponuntur. Adria quoq; pro mari siue adriatico sinu semper masculinum reperitur. Lucanus in. v. sonat ionio vagus adria ponto. Horatius. ij. car. Adria diuisus obiecto remittas querere. ⁊ in. iij. impro bo iracundior adria. ⁊ in eodem. dux inquieti turbidus adrie. Seneca in thyeste. Aut seuo rapidus freto ventosi tumor adrie. Priscian⁹ in perihegesi. nec nõ sil adria vastus. Uacia. pãsa. verna. tabula. cacula. agrippa. ⁊ si rõe significatiõis ad mares feminasq; ptinere ptt. nunq; tñ nisi de masculinis dicũtur. Noia quoq; greca veniẽtia a noibus terminatis in es. q̃ apud primã nois declinatiõez latinã referũt. generis sũt masculini. quẽadmodũ ⁊ apud grecos. erãt vt hic scythes. e. hic nautes. e. nauta. e. hic sophistes. e. sophista. e. ⁊ hic poetas. e. poeta. e. hic prophetes. e. pphęta. e. hic thecnites. e. thecnita. e. hic sarmates. sarmata. e. hic getes. geta. e. ãmonites. e. ãmonita. e. moabites. e. moabita. e. Hora. ij. car. Quid bellicosos cantaber aut scythes. Licero. v. thus. Scythes anacarsis potuit p nihilo pecuniã ducere. Idẽ in academicis. at quis est nũc sophistes. Sic enĩ appellant q̃ ostentatiõis aut ẽstus causa philolophãtur. Uer. in. v. Cõsilijs pare q̃ nũc pulcherrima nautes dat senior. nautes enĩ naute interpretatur. vnde. ⁊ Propertius nauta cognominat⁹ est. quia ex familia nautarũ fuit. Deutero. xxiij. ãmonites ⁊ moabites etiã post decimã generationẽ nõ itrabũt ecclesiã dñi. ⁊ eodẽ mõ de religõ. q̃ oia sub hac terminatiõe generis sũt masculini nã feminina in. tis. vel in tria. exẽũt. vt scytha. e. scythis. idis. Ouid. v. meta. Exercere artes scythides memorant easdẽ. Eodem mõ nauta. e. nautis. idis. sophista. e. sophistis. idis. poeta. e. poetis. idis. pphęta. e. pphętis. idis. vl pphętissa. Persi. Lozuos poetas ⁊ poetidas. non poetridas. vt quidã codices habẽt. Israelita. e. israelitis. idis. Leuiti. xxiij. Ecce aũt egressus filius mulieris israelitidis. quẽ pepereat de viro egyptio inter filios israel iurgatus ẽ in castris cũ viro israelita. Prudẽtius quoq; leuita leuitis gens dixit in paschali. Ambrosius quoq; in euangeliũ luce cũ loq̃retur. c. iiij. de helisabet ⁊ maria cognata inquit. quia ambe israelite erãt. sed suspicamur mẽdũ esse. ga idẽ paulo post dixit vtiq; ruth intrauit in ecclesiã ⁊ facta est israelitis. Madianites madianitis. Numeri. xxv. Mulier madianitis. q̃ pariter interfecta ẽ. vocabat cozbi. ⁊ paulo ante. qui occisus est cum madianite. Jezraelita. iezraelitis. Carmelita. carmelitis. Paralip. pri. c. iij. dauid habuit primogenitum ãnon ex achmoem iezra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

elitide: secundum vaniel de abigail carmelitide. Judicum. iiij. Erat autem veboza prophetis. ⁊ Lucas eodem interprete. erat anna prophetissa. A moabita quoꝝ idem Hieronymus fecit moabitis. idis libro ruth sepe. vt hec est moabitis: qui venit cū noemi de regione moabitide. a Sauromata. sauromatis. Pomponius mella libro. iij. Amazones. quas sauromatidas appellabūt, ⁊ a sarmata sarmatis. idis. ZMartialis venit ⁊ epoto sarmāta passus equo. Ouidi. primo de ponto. Terreat ⁊ mantes sarmatis vmbra meos. Dicim⁹ tñ acythariste cythariste. cythariste. cythariste. tympanistes. stia. tympanistria. pſaltes pſaltria. pſaltria. cymbalistes. stia. cymbalistria. sambucistes. sambucista. sambucistria. Luitis ab vrbe condita libro. xxxix. Tūc pſalterie sābucistrie: ⁊ conuiuialia ludionum oblectamenta. Juuena. que pſaltria pene maiorem intulerit. Quintilian⁹ masculino vsus est. libro primo. Si pſaltes inquit ⁊ geometres mlta dicit dediſſe. ab eo quoꝝ quod ē tympanistes tympanistria fecit Hieronymus in pſalmo. In medio inquit iuuēculārum tympanistriarū. Illud etiam considerādum est nullum esse nomen latinum: quod in ista terminetur: vt ignari latine sermonis dicunt iuristista. artista. terminista. licet tamen a grecis huiusmodi denominatiua formare: vt hic canonistes vel canonista. origenistes vel origenista: quorum femmina mittunt in. tis. vt canonistis. idis. origenistis. idis. Ratione quoꝝ significationis inueniuntur nomina montium in hec terminatione generis masculini. Ouidius. in ibin. vtꝝ dedit saltus e sumo thessalus ossa. ⁊ in eodem. Plurima q̄ flamma sicanus etna vomit. Idem tamen alibi terminatione m reſperit. v. Ingestaqꝝ olympo ardua deuexum pelion ossa tulit. Quod declinatum dat tertia. q̄ tertie declinationis nomina in a terminata generis sunt neutri. vt hoc emblemma. atis. toreuma. atis. peripetasma. peripetasmatis. schema. atis. Antiquiores tamen per pamam declinationem sub femmino genere protulerunt. vt Plautus in persa. cum decora schema. Laberius nec pytagoream dogmā doctus. ⁊ Pomponius: liber diademā dedit. Ouidi. tamē singulari exemplo poléta posuit in genere neutro cum sit latinum declinationis prime. Ait enim meta. v. dulce dedit testa quod conferat ante polenta. ⁊ paulo post. cum liquido mixta perfudit diua polenta. Tolerabilius nostri manna. mamona. ⁊ pascha neutro genere protulerunt: cum sint barbara ⁊ indeclinabilia: q̄q̄ sunt qui pascha declinari contendant tum per primā tū per tertiam. Compositum a verbis. Quod nomina a verbis composita: quorum significatio ad mares ⁊ feminas pertinet communia sunt duorum generum sub hac termination. vt a gigno. is. hic hec terrigena. e. alienigena. e. a colo. is. hic hec ecolicola. e. a venio. is. hic hec aducna. e. conuena. e. a sequoꝛ sequeris. hic hec assecla. e. pedisseq̄. e. a fugio. is. hic hec transfuga. e. perfuga. e. ab ago. is. hic hec auriga. e. a cedo. is. hic hec omicida. e. parricida. e. a lego. as. hic ⁊ hec collega. e. Phocas. sub genere posuit masculino pleraqꝝ ex his. vt assecla. collega. transfuga. perfuga. omicida. parricida. quasi non ⁊ sequi alium: ⁊ esse ex corpore alicuius collegij: ⁊ transfugere ad hostes: ⁊ parentem cedere ad feminas etiaꝝ multo magis pertineat ꝺz aurigam esse cum. Vergili. libro. xij. eſic. dicat nec currus vſꝝ videt aurigamqꝝ sororē. Quod vero quidam dicunt verbigenam pertinet qui recte poterit dicere. solum verbigenam lunam verbigenam. Qui quod nec christus verbigena est: sed neqꝝ debet appellari: cum non sit verbo genitus: quin potius ipse sit verbum genitum quia generatione interna dixit ⁊ facta sunt. Omnia ergo preter vnum christum sunt verbigena. i. verbo genita. quādo quidem a gigno cōposita illo modo significant: terrigena ex terra genitus martigena ex marte genitus Junonigena. iunone genitus: ex proportione igitur verbigena verbo genitus. quod de christo dicere falsum impium atqꝝ sacrilegū est. Juuenunt quedā ex his nominibus neutro generi adiuncta: vt quod paulo ante diximus omnia verbigena. sed figurate. vel potius quod antiquiores huiusmodi nomina per tres terminationes ⁊ tria genera declinabāt. Vacuuꝰ. Lapzigeno generi gradibus gressio est. ⁊ Licero in prognosticis. Lapzigeni generis custos. Actius ex taurigeno semine ortam fuisse hac ratione. Valerius mari. in primo libro dixit. duo eiusdem generis alicnigena exempla. Neutrū nomen in. e. Quod nomina latina terminata in. e. generis sunt neutri. vt hoc mare cubile. monile. ⁊ a nominibus adiectiuis duorum generum communibus sub terminatione. is. vt hic hec brevis. ⁊ hoc breue. hic. alacer. hec alacris. hoc alacre. vel hic hec alacris. hoc alacre. Greca tamen generis sunt feminini. vt hec lybre es. synechdoche. es. penthecoste. es. nerine. es. Unum nomen in. i. Quod nomina in. i. desinentia generis sunt neutri. q̄ꝝ Prisicianum secuti vnum tantum posuimus hoc gummi. Plinius libro. xiij. Gummi optimum esse ex aegyptia spina conuenit. vermiculatum. purum deterius ex amygdalis amaris. pessimum ex prunis. Columela libro. xiij. de re rustica genere feminino est vsus sub termination. is. satius esse inquit noua dolia gummi liquida perluere. ⁊ infra serias crassa gummi liuerunt. ⁊ iterum talis materies. qualis est gummis. Eodem modo sinapi generi neutro posuit Phocas. vnde Serenus. sepius ergo decet morday haurire sinapi atqꝝ in hunc modum semper vsus est Cornelius celsus. Reperitur tamen ⁊ sinapis genere feminino. Plautus in pseudolo. Teritur sinapis scelerata. ⁊ Columela. seqꝝ lacessenti fletum factura sinapis. ami quoꝝ moli no simillimum. quod greci vocant ami: quidam vero ethiopicum. cuminum. Vergilius in priapeia. Quem cur moli vocant mentula moli fuit. meli quoꝝ quod mel interpretatur: huius generis est: sed non reperitur apud nos nisi in cōpositione. vt melilothos. melimelum. Nihili vero huiusmodi ⁊ huiuscemodi genitiui sunt casus ab eo quod est nihilum ⁊ modus: quēadmodum frugi ⁊ mancipi dativi. ab eo quod est fruges ⁊ manceps. vnde apud Plautū sepe legimus. est vir bone frugi. Ergo hec nomina non sunt cōia trium generum vt dixit Phocas sed quēadmodū Prisscia. obliqui casus figurate cum oībus casibus adiūcti. O finita. Quod nomina in o desinētia generis sūt masculini. vt hic sermo. histrio. vnio pro gēma vl margarita potius grandiori: nam pro vnitate si vspiam reperiretur. generis esset feminini. ergo addidit gemma. vt significaret lapillum

Quod declinatū dat tertia: dicito neutrum.
Compositum a uerbis. esto cōmune duobus.
Neutrum nomen. in. e. Muliebria sint tibi græca.
Vnum nomen in. i. sed neutrum ponito gummi.
O finita dabis maribus uelut unio gemma.
Fœmineis iunges per. io. nec habentia corpus.
Additur atqꝝ caro. cœnatio. portio. uel quod.

rem corpoream. Sed auctore Phoca. i. añ. o. habentia que rem incorpoream significat: generis sunt feminini. vt hic religio. rebellio. talio. perduellio. ⁊ que vicuntur verbalia vt lectio. auditio. Caro quoꝝ generis est feminini: quoniam antiquiores hec carnis declinabant. Liuius in odyssea: carnis ait: vinumqꝝ quod libant. Liuius. xxvij. ab vrbe con. carnis que dari debet: data nō fuerat. Cenatio preterea. i. locus vbi cenamus ⁊ si rem corpoream significat: nihilominus tamen generis est feminini. ZMartialis. ZMea vocor quid sim cernis cenatio parua. Portio quoꝝ quādo rei corpore pars est corpus significat tamen semper generis est feminini. superioribus etiam annumerant desinentia in. do. vel in. go. vt hec albedo. fortitudo. formido. farrago. fuligo. virgo. quaꝝ nemo vnāꝝ apud auctores idoneos legit masculino genere: etiam si de Joanne euangelista nostri dicam: q̄ illi virgini christus virginem matrem commendauit. Ab hac exceptoria regula rursus excipiuntur pauca nomina: que duobus verbis continentur. quoniam generis sunt masculini. vt hic predo ⁊c. ordo. inis. pedo. onis. is est qui pedes habet grandiores. comedo. onis. qui nimium comedit. spado. onis. vdonis. ZMartia. in bilibro. cuius titul⁹ est vdones cilices. ⁊ i digestis titulo de auro ⁊ argēto legato. Largumēto. alia ing: est cā vdonū. q vsū calciamētoꝝ pstāt. Cardo. inis. cerdo. onis. cudo. onis. Silius libro octauo. puni. Spicula bina gerunt capiti cudone ferino capitis est armamentum ex corio. burdo. burdonis. etiā bis iungitur: vt digestis titulo delegatis. iij. l. item legato sella. inquit vel burdones. iiij. quoꝝ regum libro capitulo. v. Harpago onis. Liuius. xxx. ab vrbe condita. asseres ferreo vnco prefixos harpagonas vocant milites. Plautus. Moui ego hos harpagones. Mango. onis. ligo. onis. Ad duo communis homo. Quod hec tris nomina homo. inis. nemo. inis. latro. onis. communia sunt duorum generum. Vergili. j. eſic. Nec vox hominem sonat. odea certe. Terentius in andria. Hoc ego scio vnum: neminem peperisse hic. Tintinius. Quod rogas nemini nem decet bonam. Latro quoꝝ a neotiricis communis duorum generum ponitur: cum apud idoneos auctores nunāꝝ feminino genere reperiatur. sicut nec leo: ōāꝝ dicat Seruius esse commune duorum generum ⁊ fallo cum eodem auctore non mittat femininum in. a. misi sit vsurpatum. Nec dissimulandus est hoc in loco circulus. quem preter vnum Phocam grammatici omnes fecerunt: in genere supponentes declinationem ⁊ in declinatione genus. Nam quo modo reliqui omnes grammatici precepta tradiderūt: nūq̄ oīmino scire poterimus nomina in do. vel in go. desinentia cuius sunt generis: aut quemadmodum mittunt genitiuum.

Est commune trium presto. Quod hoc nomen indeclinabile presto commune est trium generum ⁊ semper iungitur huic verbo sum es fui. vt presto sum. presto fui. pro presens sum praesens fui. Licero in epistolis ad Appium. fabius legatus mihi presto fuit. reperitur etiam presto est pro efficax est. vt Celsus libro. vj. Neqꝝ medicamentum presto est. id ē presens ⁊ efficax. Pseudo propterea non posuimus: qui nusq̄ est nisi in compositione. vt pseudo prophetes: pseudostomos. pseudographia.

Neutrū nomen. Quod nomina in. v. desinentia generis sunt neutri. vt hoc cornu. veru. pecu. gelu. genu. tonitru. Ouidius. ix. meta. rigidum fera dextera cornu dum tenet. declinatur quoꝝ hic cornus. us. genere masculino. Lucanus in. vij. Cornus tibi cura sinistri. Celsus libro. vj. ceruini cornus combusti. ⁊ paulo post. quia cornum habet. Plini⁹ quoꝝ multis in locis hoc genere declinatione est vsus. Dicimus quoꝝ hoc pecu. ⁊ hoc pecus. oris. Plinius libro. viij. natura. historie. equinoctio verno ⁊ cetera pecua admittitur. ab eo quod est pecu dixit pecua. hoc gelu ⁊ hic gelus. Lucretius libro. vj. quia seue gelu q̄ continet in se emittit. Actius in prometeo. Profusus flamine hiberno gelus. Hoc genu. ⁊ hoc genus. i. Vergili. j. eſic. nuda genu nudoqꝝ sinus collecta fluentes. Idem in. v. genua egra trahentem. Licero in arato. iam dextrum genus ⁊ decoratam lumine suram. Idem in eodem. tertia sub cauda ad genus ipsum lumina pandit. ac rursus ibidem. ac propter leuum genus. omni ex parte locatas. Hoc tonitru. ⁊ hic tonitrus. Plinius. libro. xxxvj. Tonitru intus terribile exista. Ouidi. j. meta. Humanas motura tonitrua mentes. Idem primo de tristibus. hoc mihi non quium fibre tonitrusue sinistri. Silius libro. xij. puni. fulminaqꝝ ⁊ tonitrus ⁊ nymbos concutit aer. L. d. neutra dabis. Quod nomimina desinentia in. c. vel in. d. generis sūt neutri. vt hoc lac. balec. aliud. quod. quid ⁊ de pronominibus id. illud istud. nec alia fere inuenies. Antiquiores tamen hoc lacte. is. declinabant: a quo videtur abcisum fuisse lac. Plautus in menechmis. neqꝝ lacte est lacti mihi crede vsqꝝ simlius. hec lactis aliud significat. est enim intestinum: per quod labitur cibus. Tintinius. Craticula. cerebellum. lactis agnina. sed magis vtimur in plurali. Plinius libro. xj. A ventriculo lactes in hominc. ⁊ oue: per quas labitur cib⁹. Pomponi⁹. Ozote per lactes tuas. Halec quoqꝝ ⁊ hec halecis posse declinari. Prisscianus auctoritate probi grammatici confirmat. id quod ⁊ nos fatemur: sed quod vtrumqꝝ putat nomen esse piscis. id nos asseuerate negamus. cum halex piscis sit: ex quo sale macerato exudabat sanies. q̄ vtebantur pro salsamento: quod dicebatur halec. sed de pisce. ZMartialis halecem sed quam protinus illa vozet. Cato de re rustica. vbi olee comese erunt: halecem dato. Columela diminutiuo vsus est dicens. in escam piscium preberi conuenit haleculas putremqꝝ sardinam. ⁊ paulo post. haleculam inquit modo captam. Theodorus in libris de animalibus. halecem interpretatur menam. Halec vero pro salsamento posuit Horatius in primo ser. Siler. halec. fecula coa ⁊ in. ij. Ego fecem primus ⁊ halec. Halex quoꝝ genere feminino posuit plinius libro. ix. ZMartialis apicius inquit e iecore mulorum halecem excogitare prouocauit: cuius nominatiuus non est halecis. vt Prisscianus. putauit: sed halex. vt Plinius libro. trigesimo primo. Unguium scabriciam tollit halex. ⁊ ibidem vitium gari est halex imperfecta nec colata fex. Al neutrum pone. Quod nomina in. al. desinentia generis sunt neutri. vt hoc tribunal. ceruical. vectigal. animal. supercal. Unum tamen reperitur generis masculini hic sal. Plinius libro trigesimo primo. aiunt dentes non erodi nec putrescere: si quis quotidie mane ieiunus salem contineat. donec liquescat. Salustius in iugurtha. Nec salem nec alia irritamenta gule querebant. ⁊ illud Terentij in eunucho. Qui habet salem. quod in te est. i. que res. Antiquissimi tamen ⁊ iuniores neu-

Desinit in. do. go. Tamē hæc sunt masculā. pdo.
Ordo. pedo. comedo. spado. udo. cardoq̄. cerdo
Cudo & harpago. mango ligo subliciantur.
Ad duo cōmunis homo nemo. iunge latronem.
Est cōmune triū præsto: quod sum comitatur
Neutrū nomen in. V. cornu est pro teste geluq̄:
C. D. neutra dabis. reperis tñ hæc quoq̄ raro.
Al neutrum pones. tamen hic sal debet habere.

Universidad de Deusto
Biblio

tro genere protulerunt. vt Affranius. Quicquid loquimur: sal merum est. Serenus. sal niueum sumes: bethicum qð nomine dicunt. Et lucas ll Hieronymo interprete: bonum sal est. ⁊ Augustinus. quod si sal infatuatum fuerit. Et duo sunt neutris. quod in. el. duo tantum reperiuntur nomina generis neutri. hoc mel. hoc fel. Nil nihil est neutrum. qꝝ hoc nomen in bil atqꝫ ab eo abiscissum nil generis sunt neutri Vigil ⁊ pugil communia sunt duorum generum ex ratione significationis. ⁊ si Phocas ⁊ Priscianus pugilem sub genere tantum masculino posuerunt. Augustin⁹ in libello de grammatica in. i. littera nominatiuus exiens in communibus vigil ⁊ pugil. affertqꝫ illud Terē. in eunucho. Siqua paulo est habitior. pugilem esse aiunt. Nam ⁊ feminas pugillatu exerceri solitas. Iuuenalis ostendit in secunda satyra. Luctantur pauce. comedunt coliphia pauce. ⁊ in sexta. Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus. ⁊ quanto galee curuetur pondere. ⁊ que sequuntur. ¶ Mugil. ilis. ⁊ mugilis mugilis declinatur. Phocas mugil declinat: vt Plini⁹ libro. ix. naturalis historie mugil ⁊ lupus mutuo odio flagrant. Iuuenalis quosdam moechos ⁊ mugilis intrat. Sil neutro genere pigmenti genus est. de quo multa Plinius. vt libro. xxxiiij. sil inquit ceruleum. sil proprie limus est. Solus in ol. est sol qꝝ in ol. vnū tantum est masculinum hic sol. Unū quoqꝫ eiusdem generis in vl. vt hic consul. ⁊ quod Enni⁹ apud nonium dixit mortalem summum fortuna repente reddidit summo regno famul vt optim⁹ esset. pro famulus famul. is. dixit ea namqꝫ dignitas virorū tm fuit. Presul tū ⁊ exul cōia sunt duorum generum. ¶ Marcrobi⁹ primo satur. Luna qꝫ corpoꝝ presul est. Sed ⁊ sedulius in paschali etiā neutro iungit: ligno presule dicens. Sit commune triū tibi nequam. qꝝ in. am. vnum tantum reperitur nequam: quod est commune trium generum: ⁊ est indeclinabile: quod ipsum argumento est nullum nomen in. am. terminatum posse declinari. Um neutris iunges. quod in. um. definentia generis sunt neutri. vt hoc templum. regnum donum. bellum. tectum. Grecum nomen in. an. ⁊ in. in. quod nomina in an. ⁊ in in. definētia omnia sūt greca generis masculini: vt hic pean. acarnan. delphin. pean igitur pro phebo manifestum est generis esse masculini. sed ⁊ pro hymno apolinis eiusdem generis est. Uergili⁹. in. vj. Letumqꝫ choro peana canentes. ⁊ Silius. Herculeū peana canūt Acarnan pro populo epirotarum. Uergili. v. eñe. quorum vnus acarnan. Delphin qui ⁊ delphis ⁊ frequētius delphinus dicitur. Persius ⁊ qui ceruleum derimabat nerea delphin. Auienus in arato. Tum curuus caudam subit inter sydera delphis. Iuuenalis. Quantum delphinis balena britanica maior. En dabitur neutris quod nomina terminata in en. generis sunt neutri. vt hoc fulmen. flumen. nomen. semen. gluten. munimen. solamen. ¶ Masculina tamē sunt hic lichen. ¶ Martialis. libro. xj. Nec trisse mentum sordidi velichenes. interpretatur autem impetigo. Plinius libro. xx. impetiginem inquit ⁊ scabiem: quā psoram ⁊ lichenem vocant. Utitur quoqꝫ hoc nomine hippocrates in apophorismis. Hic ren. Celsus lib. iiij. Renes diuersi: qui lumbis sub imis coxis inherent a parte earum resimi. dicitur quoqꝫ hic rien testibus Phoca ⁊ Prisciano. Hic splen hic lyen vel lyenis. Celsus libro. iiij. Lyen sub ipso septo a sinistra parte ⁊ ibidem. At lyenis vbi affectus est. Attagen auis. cuꝫ ⁊ attagena dicitur. Horatius in epodo. Nō attagen ionicus iucundior. ¶ Martialis cōmunemqꝫ duobus attagenam. ⁊ i distichis. ionicarum gustus attagenarum. attage. es. Hieronymus in epistolis. Tu attagen ructas. Pecten pro pisce ⁊ pube ⁊ instrumento quo lana ⁊ capilli pectuntur: sub genere masculino posuerunt omnes grammatici. Plini⁹ in. ix. Pectines in mari ex eodē genere habentur reconditi ⁊ ipsi in magnis frigoribus. Seruius in illud Uergilij in. vj. eñ. iam pectiue pulsat ebur no pecten pro plectro generis esse neutri dicit. Nam quod iuuenalis in sexta satyra dixit. Inguina traduntur medicis iam pectiue nigro pro pube. ⁊ Uergili. in. vij. eñe Arguto tenues percurrens pectine telas pro instrumento textorio: non potest distingi genus cum eadem sit terminatio masculini ⁊ neutri in ablatiuo secunde declinationis. Flamen pro sacerdote masculo. Suetonis in cesare flamen. dialis destinatus: nam pro femina flaminea vel flaminia dicimus. Flamen vero pro vento generis est neutri. Licero in arato. Inferior paulo est aries ⁊ flamen ad austri. Hymen pro deo nuptiarum preside generis esse masculini vel ex significatione generali potest intelligi eiusdem quoqꝫ generis est pro tenui illa mēbrana: qua infantes aliquando nascuntur inuoluti. pro membrana etiam posuit Aristoteles in secundo de amina libro. Et quod cano componit. quod ab hoc verbo cano canis composita sub hac terminatione masculina sunt: quia omnia mittunt femininum per. a. vt hic tubicen. hec tubicina. tibiscen tibiscina. Fidicen. fidicina. lyricen lyricina. siticē siticina. oscē quoqꝫ oscinis ex proportione oscina mittet femininum. Horatius. in. car. Oscinem coruum pce suscitabo solis ab ortu. Nomen in on. grecum. Quod nomina in on. desinentia greca sunt omnia generis masculini. vt hic canon. demon. daphnon. platanon. lacon. horizon. bison. Plini⁹ libro. xxxiiij. Quē canona artifices vocāt liniamēta artis ex eo petentes. Plini⁹ iunior in epistolis. qd platanō opacissim⁹. ¶ Mar. daphnonas platōas ⁊ aerias cyparissos. Idē cesus matre iubente lacō: cui⁹ femininū est lacena. Iginj⁹ horizō circulus appellat is q terminat ea q̄ spici aut videri nō possunt. ¶ Martialis. Cesserūt illi bubalus atqꝫ bison. Plinius libro. viij. Insignia boum ferarum genera bisontes iubatos. Duo tantum sub hac terminatione reperiuntur feminina barbiton ⁊ sindon. Ouidi. in epistola sapphus. non facit ad lachrymas barbiton vlla meas. sic enim habent omnes codices antiq pro quo neoterici supposuerunt barbitos. a quo Horatius protulit vocatiuum in odis. Age dic latinum barbite carmen. Reperitur quoqꝫ barbiton. in genere neutro. Idem plectra inquit ⁊ barbita conde. ⁊ iterum. lesboum refugit tendere barbiton. Non itaqꝫ nego aptius coire: vt dicamus in carmine illo Ouidius. Non facit ad lachrymas barbiton vlla meas. quam barbitos vlla: cum in. on. secunde declinationis omnia prope modum sint neutra, sed durum atqꝫ peri-

Et duo sunt neutris cū melle fel annumeranda.
Nil nihil est neutrum. Vigil & pugil esto duorū.
Solus in ol. est sol. Hic consul dicitur esse.
Sed tamen a duo sunt cōmunia præsul & exul.
Sit cōmune trium tibi nequā. nec uariatur.
Vm. neutris iunges. exemplo sit tibi templum.
Græcū nomen in. an. & in. in. sit semp: & est mas.
En dabitur neutris. sed sunto masculā lichen.
Ren. splen. atqꝫ lyen. atagen. cū pectiue flamen.
Addis hymen. & qđ cano cōponit tibi nomen.
Nomē in on. græcum tibi sit: maribusqꝫ repones.
Barbiton & sindon sunt fœmineis adhibenda.

culosum est expungere dictionem: que vno cōsensu in omnibus libris reperitur. Sidon generis esse feminini ¶ Martialis. libro. xj. demonstrat cū dicit. Quo tu quo liber otiose tendis cultus sindone nō quotidiana. ⁊ illud ex euangelio. ¶ Matthei. xxvij. Inuoluit eum in sindone munda. Sydon vero vrbis nomen ad regulam generalem referendum est. Lucanus in. iij. Preciosaqꝫ murice sydon. Est neutrum quod non. Cum nomina in. on. definentia aut sint secunde declinationis: aut tertie: aut indeclinabilia: ⁊ quemadmodum diximus tertie declinationis nomina omnia sint masculina preterq̄ sindō: reliquū est vt secunde declinationis omnia sint neutra vt hoc ilion. epitethon. antitheton. Uergili. ij. eñe. Ceciditqꝫ superbum ilion. quod etiam sub alia terminatione femininū reperitur. vt apud. Ouidium. Sed mihi quid prodest vestris diuecta lacertis ilios. ⁊ que nostri non sunt ausi declinare: generis sunt neutri. vt diapason. diatessaron. diapentidion. Nomen in ar. neutrum Quod nomina in. ar. definētia generis sunt neutri. vt hoc puluinar. nectar. torcular. instar. laquear. lacunar iubar. quod Ennius apud Pascianum masculino genere protulit dicens. interea fugit albus iubar hyperionis cursū. Lar quoqꝫ pro domo per metonimiam. vt dixim⁹. generis est eiusdem. cuius ⁊ deus. Par vero ⁊ ab eo composita compar impar. dispar. suppar. separ. ex ratione significationis cōia sunt trium generum. Reperitur quoqꝫ par substantiuum in genere neutro. Luca. in. vj. Parqꝫ suum videre dei. ⁊ Horatius. ij. ser.

Est neutrum quod non declinat tertia nomen.
Nomen in. ar. neutrū: sed par tria debet habere.
Er. finita tibi sint mascula. neutra tamen sunt
Spinter. iter. ruder. lasser. piper. atqꝫ papauer.
Et cum uere siser. hubet. cicer. adde cadauer.
Zinziber. & tuber cū matre reponito linther.
Cōmune est paup cū pubere. deneger. huber
Ir. maribus iunges, ir gadir sint tibi neutra.
Mascula sunt & in. or. Muliebris ponitur arbor.
Neutra dabis tm cor. ador. cūqꝫ æquore marmor
Cōpatiua Duplex retinēt gen⁹. & memor. auctor.

Ludere par impar: equitare in arundine longa. Hepar. grecum est: quod ad nos non pertinet. Er. finita tibi. Quod nomina in. er. definentia generis sunt masculini: siue illa sint secunde siue tertie declinationis: vt puer. eri. magister. tri. anser. eris passer. eris. vesper. eris. nusqꝫ enim qꝫ ego sciam genere neutro reperitur: quod pleriqꝫ ex iunioribus grammaticis dixerūt. Uergili. j. geor. Deniqꝫ quid vesper serus vehat. Idem in. iij. Cum frigidus aera vesper temperat. Ualerius flaccus. iij. argonautice. Jam frigid⁹ ethere vesper. Idem in. vij. Te quoqꝫ tessalico tam serus ab ethere vesper. Neutra vero sunt q̄ hic digeruntur. Spinther. eris. quod fibulam siue armillam in mūdo muliebri significat. Plautus in menechmis. Jubeas spinter nouum reconcinarier: ⁊ ibidem Spinther nouum nunqꝫ reperies. Pro cognomento tamen lentuli spintheris romani civis ex significatione generis est masculini. Iter: quod etiam itiner dicitur ab antiquioribus. ¶ Manilius in. j. astronomicon fecit ⁊ ignitus itiner commertia terris. Ruder quod frequētius rudus. eris. declinatur: nam ruder adhuc non legi preterqꝫ apud grāmaticos. Lasser eris. Plinius libro. xix. lasserpissium inquit: quod greci silphium vocant in cyrenayca prouincia repertum: cuius succum vocant lasser. Et in libris digestorum de penu ligata. l. nō omne. piper. lyguisticum. ⁊ carreum. ⁊ lasser. Papauer eris. piper. eris. ver veris. siler. eris. Plinius libro. xx. Siler erraticū fatiuo simile est effectu. ⁊ Columela. iā siser assyrio venit que semine radix. Huber pro māma ⁊ pronimia agri fertilitate. Horatius. Quodqꝫ aliena capella gerat distentius huber. Uergili. in. vij. eñe. non vobis rege latino diuitis huber agri troie ve opulentia veerit. Licer. eris. Persius. Licer ingere large ritanti populo. Cadauer. eris. Zinziber. eris. hanc alij gingiberim. Plinius libro. xij. gingiber im appellat. Tuber pro terre callo. sic Plinius libro. xix. appellat: vbi dicit. Tartio licinio accidisse vt mordenti tuber depecheni j. ser. Qui ne tuberibus propriis offendat amicum postulat: ignoscet verrucis illius. nam pro re tumida ⁊ pro arbore ad regulas generales recurrendum ē. pro illius arboris pomo ¶ Martialis genere feminino vsus est dicens. ⁊ verne tuberes: quid tibi cum libycis? Suetoni⁹ tamen masculino. nisi in alterutro mendum est. ait namqꝫ in domiciano: cum oblatos tuberes seruare iussisset in crastinum. Cum matre reponito lynther. ac si dicat qꝫ lynther generis est feminini: quemadmodum ⁊ mater sed mater ratione significationis: lynther ratione terminationis. Liuius. vj. ab vrbe. iam in altum expulsa lynthere. Löe ē pauper. Quod quattuor hec nomina pauper. puber. degener. huber cōia sunt duorum generum: tam etsi figurate possunt etiam neutris in obliquis maxime iungi. Uergili in buco. Pauperis ⁊ tuguri congestū cespite culmen. ⁊. vj. eñe. Curibus parentibus ⁊ paupere regno. Idem. iiij. eñe. Degeneres animos timor arguit. Lucanus in pri. degenerē patiere togam. Puber. eris. Cuius aquitur grauis imber ⁊ huber. Cato in originibus. res vber fuit anteqū vastassent regiones. Idem quoqꝫ de tuber dicendum.

Ir. maribus iunges. Quod nomina in. ir. definentia generis sunt masculini: vt hic vir. treuir. ⁊ in yr. per. y. psilon vnum reperitur hic martyr ⁊ ab eo compositum protomartyr. que apud grecos tantum generis sunt masculini. nostri tamē eo quasi duorum generum cōi vtuntur. Abadir siue deus. siue lapis ille quem saturnus dicitur deuorasse. ad regulam generalē deferendus est. Duo tm reperiuntur neutra hoc bir. ⁊ gadir. quod neutro genere protulit. Salusti. ij. histo. tartessū ingressus ciuitatem quam nunc tyrij mutato nomine gadir habent. ¶ Mascula sunt ⁊ in. or. Quod nomina in. or. desinētia generis sunt masculini. vt hic amor. dolor. timor. color. Arbor tamen generis est feminini que etiam hec arbos arboris declinatur. Uergilius. ij. geor. Herculeeqꝫ arbos vmbrosa corone. sic ⁊ plura ex masculiuis. vt vapos. colos. labos. pro vapor color labor. sor. pretera ⁊ vror ex significatione feminina sunt. Quattuor vero hec nomina cor. ador. equor. ⁊ marmor neutra sunt. Compatiua tamen sub hac terminatione cōia sunt duorum generum. nam neutrum terminationem habet propriā in. us. vt hic hec nobilior hoc nobilius. Antiquiores etiam generi neutro terminationem in. or. iunxerunt Ualerius antias. prior bellum quod cum his gestum erat. Idem commemorant graccho fedus prior non esse seruandum. Senior Priscianos dicit tantum generis esse masculini: cum etiam Cornelius celsus in quinto quasi a comparatiuo dixerit: corpora seniora tendunt. ⁊ Plinius. xj. naturalis historie. de apibus dixerit. seniores intus operantur: que flores comportant prioribus pedibus. nihil ergo prohibet senior generis esse communis duorum: cum presertim senex etiam femineo genere sit repertum apud Varronem. His adduntur memor ⁊ auctor. Quod vnum cum videatur verbalis formam habere

Universidad de Deusto
Biblioteca

femininum plerunq; reperitur. Vergi. xij. ẽne. auctor ego audiendi. ℳacro. vij. ſatur. natura huius fabrice auctor ⁊ nutrix
Neutro etiam iungit. Luca. in. v. italiam ſi celo auctore recuſas. ⁊ Vergi. x. enei. dicens italiam petijt fatis auctoribus. elio
quéadmodum ⁊ memor. Idem. iiij. ẽne. ſi qd̄ non equo ledere amantes cure numen habet iuſtum memorq; precatur. ⁊ in
ix. nulla dies vnquá memori vos eximet euo. ſed figurate ſic iungi Priſcianus in. vij. dicit. Compoſita quoq; a corpore.
colore ⁊ decore duorum generum cómunia reperiuntur: vt diſcolor. concolor. decolor. bicolor. Ouidi. etiam neutro comun-
xit. iij. elegi. d. diſcolor agmen equis. A. gel. lib.
vj. noc. attı. tunica mulieb̄ indut⁹ ⁊ pallio ver-
ſi colore. A corpore tricorpor fecit Verg. in. vj. ⁊
forma tricorporis vmbre. A decore quoq; Ver-
gi. indecor ⁊ Saluſtius dedecor fecerunt. Ur.
neutrale. Qd̄ nomina in r. deſinentia generis
ſūt neutri. ſit hoc ſulphur. murmur. Quod maſ
culinum protulit interpres. Joan. vij. murmur
multus in turba de chriſto. iecur. fulgur. guttur.
quod etiam maſculino genere protulit Plautus
in aulularia. ne obturat gutturem inferiorem.
ℳaſculina vero ſūt hec quinq; turtur. pro aue
Ouidi. ij. elegi. tu tñ āte alias turtur amice dole.
Idē de philomena. ⁊ caſtus turtur atq; colum
ba gemūt. Idē in epiſtola ſapph⁹. ⁊ nigre a viri-
di turt amat aue. Plaut⁹ quoq; tibi obuſtos tur
tures dixet. De piſce quoq; Juuena. carit⁹ tur
ture magno malozūq; iubis. Neq; audiendus eſt Serui⁹. q dixit poſſe eſſe generis feminini turt qd̄ ꝓbare nitiſ carmine illo
Vergi. in buc. Nec genere aeria ceſſabit turtur ab vlmo: cum aeria ex ratione carminis aptius vlmo q̄ turturi iūgatur: qua
ſi non aerius pro altus frequentius reperiatur: q̄ quod ille vult pro aerij coloris: vt Vergi. in. buc. Aerij ſpecula de montis
in vndas. Idē. iij. ene. aerie querc⁹: aut conifere cypariſſi. ⁊ ℳartia. daphnonas. platononas. ⁊ aerias cypariſſos. Sed tur
tur pro piſce apud vnum tantum ex iis: qui auctoritatem habent: ambroſium in hexameron legitur. atq; ibi genere tantū
feminino: deceptus eſt ex eo quod in baſilio. vnde opus illud interpretatus eſt: trygon legitur: quod apud grecos tum piſces:
tum auem ſignificat. apud latinos tamen nuſquam legitur turtur pro piſce ſed paſſinaca. neq; eſt quā vulgus opinatur tru-
cta. ſed ex genere piſcium planozum ⁊ cartilagineozum. Vultur quoq; qui ⁊ vulturius ⁊ vulturis ab antiquioribus ē appel
latus. Catullus. lingua exerta auido ſit data vulturio. Idem ſuſcitat acano vulturium capite. Enn⁹ apud Priſcia. vulturis
in ſiluis miſerum mandebat homonem. Satur. Juuena. Satur eſt cum dicit ℋoratius. euoe. cuius ſeminnuz ſatura ⁊ neu
trum ſaturum eſt. Teren. in ecyra. Sed tu cum ſatura atq; ebria eris: puer vt tatur ſit facito. Aſtur. Lucanus in. iiij. Erat
impiger aſtur. Silius. j. puni. aſtur auarus viſceribus lacere telluris velcitur imis. genus vero femineum ad poſſeſſiuum po-
tius eſt referendum. vt idem libro. xvj. Lelius aſturica rapidos de gente iugales. Angur. ℳartialis. vj. epigrā. Fluctus paſ
ſeris aut ſuperbus angur. Idem alio loco. candidus angur aquis. quod etiam neutro genere poſuit. ℋora. in pri. ſer. impoſi
tum ſaris late candentibus angur. vtrumq; pro oppido ponitur nam cum angur iouem imberbem ſignificat: ex ratione ſig-
nificationis maſculinum erit. Furfur poſuit. Serenus in genere maſculino numeri ſingularis. d. additur exceſſus niuea ſimi
lagine furfur: plerumq; tamen in numero multitudinis furfures legimus: atq; ideo inter pluralem numerum tantum habē
tia poſuimus. Cōis generis duorum tria reperiuntur. fur. ℋoratius iulius ⁊ fragilis pedacia furq; vozanus. femininum
non facile reperias. Lygur quod etiam lygus declinatur. Luca. in. j. ⁊ nunc tonſe lygur quondam per colla decoze. Salu-
ſtius in iugurtha. Forte quidam lygus ex coh̄ortibus auxiliarijs. Vergi. xj. ẽne vane ligus fruſtraq; animis elate ſuperbis.
Perſius. mihi nunc lygus ora intepet. Saluſtius. ij. hiſt. cozſa nomine lygus mulier. Augur cum nomen dignitatis eſt: ad
viros tantum pertinet: quorum fuit rome collegium. cum vero officium augurandi ſignificat: cōe eſt duorū. Verg. iiij. enei.
Nunc augur apollo: nunc licie ſortes venerem recte dixerimus augurem. cū in pri. eneidos. ipſa dicit. in fruſtra augurium va
ni docuere parentes. Femineum pones quod in as. Quod nomina in as. deſinētia generis ſunt feminini. vt hec eſtas. bon
tas. pietas. probitas. auctoritas. honeſtas. ℳaſculina vero ſunt as aſſis. Priſci. de ponderibus. ſiue aſſi ex quo quod capi
mus perhibemur habere. Vas vadis. Licero. iij. officiozum. Vas factus eſt alter alterius ſiſtendi. Idem. v. thuſcula. cū al-
terum vadem mortis accepiſſe. femininum vero nuſq; reperitur: propterea quod femininis iure interdictum eſt vadimoni
um: figurate tñ poſſumus dicere femina nō poteſt eſſe vas. ſicut neq; cōſul. neq; pretor nec edilis. ℳas maris quod tōne
ſignificationis ſolis conuenit maſculis. nam femine ſimiles maribus maſcule potius dicuntur. vt apud ℋoratium tempe-
rat alcei muſa pede maſcula ſappho. Neutra vero ſunt tria. vas. vaſis. vt ℋoratius Syncerum eſt niſi vas. Fas ⁊ ab
eo compoſitum nefas. Vergili. j. geoz. Quippe vbi fas verſum atq; nefas tot bella per orbem. Sit cōe trium. Quod nomi
na gentilia cōia ſunt trium generum vt hic ⁊ hec ⁊ hoc arpinas. priuernas. ſarſinas. caſinas. toloſas. capenas. Juue. arpi
nas alius volſcorum in monte ſolebat. ℳartialis metamq; lactis ſarſinate de ſilua. vnde ⁊ Plautus ſarſinas eſt dictus. Li-
uius. xxij. vt ſe in agrum caſinatem ducat. Silius libro. viij. pu. priuernatumq; maniplos. ℳartialis. libo. xij. Nec quadra
ceratcaſci toloſatis. Quod vero Phocas ⁊ Priſcia. hec nomina ſub cōi duorum genere poſuerunt: refelluntur auctoritate
Ciceronis: qui ſcribens ad atticum ait. in quo fluxus eſt ad iter arpinas. Idem in alio loco. vt veni in arpinas. i. in agrum ar
pinatem. nomina enim prediorum prope aliquod oppidū ex nomine poſſeſſiuo illius oppidi in genere neutro figurabantur
vt hoc thuſculanum. i. formianum. i. albanum. i. cumanum. i. eodem modo hoc arpinas. atis. prediū iuxta arpinū: ſiue in agro
arpinati. Plinius li. xiiij. priuernatia vina dixit. quemadmodum ⁊ Lucillius oleum caſſinas. atq; vt in declinatione prono-
minum diximus: ex horum proportione Licero in epiſtolis ad celium verba noſtratia dicere non reformidat. Dabuntur
partim feminea. Quod nomina greca partim ſunt maſculina. vt adamas. antis. elephas. antis. gigas. antis. arcas. arcadis.
Juue. Adamas noctiſſimus ⁊ beronices factus in digito precioſior. ℋoratius. ij. epiſtolarum. ſiue elephas albus vulgi con-

Et quod componit corpuſq;. colorq;. decuſq;.
Vr. neutrale dabis: ſed maſcula ſint tibi quinq;.
Turtur auis piſcis. uultur. ſatur. aſtur. & anxur.
Cómunis generis tria ſunto fur. lygur. augur
Fœmineū pones quod in. as. finitur. ut ætas.
Sed iunges maribus as aſſis. uas. uadis. & mas.
Neutra tamen dices uas uaſis. faſq;. nefaſq;.
Sit cómune trium nomen gentile. Dabuntur.

conuerteret ora. Vergilius de cuandro. non equidem extimui danaum quod ductor ⁊ areas. ⁊ omnia nomina que ad primā
declinationem latinam referuntur: vt tiaras. e. Vergi. vij. ẽne. ſacerq; tiaras. qualia etiam ſunt ventorum. vt boreas. e. ecteſi
as. e. cecias. e. aparctias. e. Plinius libro. ij. aparctias ⁊ boreas dicti. ⁊ ibidem perflant diebus quadraginta quos ecteſias vo
cant. Gellius libro. ij. Eſt etiam ventus quem nomine vocant cecią. Partim ſunt feminina: vt hec olympias. adis. hellas
adis. monas adis. decas. adis. Eſto nomē i. es. Qd̄ noia tertie ⁊ quite declinatiōis terminata i. es. generis ſūt feminini: nā vt
dixim⁹ pme dclinatiōis oia ſūt maſculina: vt hec
vulpes. is. ples. is. leges. etis. teges. etis. res. rei.
progenies. ei. ſcabies. ei. ℳaſculina vero ſunt: q̄
hic vigeruntur. Limes. itis. Ver. xij. ẽne. Lymes
agris poſitus litem vt diſcerneret agris. Pes
pedis cuius compoſita cōia ſunt trium generum
vt hic hec hoc bipes. eripes. alipes preterq; vul-
pes ⁊ cōpes Fomes. itis. Luca. in. viij. excitat in
ualidas admoto fomite flammas. Termes. itis
Gellius. libro. iij. Palme termes ex arbore cum
fructu auulſus ſpadix dicitur. nam quod Serui-
us ſcribit in illud Vergilij primo. geoz. Aut tem
peſtiuam ſiluis euertere pinū: importuno tępore
arbores ceſe cito termites faciunt: opinor debe-
re ſcribi teredines: cū teredo proprie ſit ligni ver
mis: nam termes furculus eſt arboris. ℋoratius
in epodo. germinat ⁊ nunc̄ fallentis termes olī
ue. Palmes. itis. Belli⁹ libro. xviij. Uberrimos
vicīū palmites decidit. Trames. itis. Uer. v.
ẽne. Nulli viſa cito decurrit tramite vgol. Gur
ges. itis. Idem primo. ẽne. Apparent rari nantes in iurgite vaſto. ℳerges. itis. qui teſte Seruio in illud Vergilij. ij. geoz.
Cerealis mergite culmi: manipulus ſpicarum eſt. Uerres. is. qui ratione ſexus ⁊ geniture maſculini generis eſt. Poples
itis. Luca. in. iij. Niſi poplite lapſo vltima curuati procederet vngula tauri. ℳagnes. etis. cum aliis grāmaticis cōe duo-
rum poſueramus: nunc vero maſculinum eſſe dicimus tum q̄ nuſq; femininum reperitur: tum etiam q̄ eius femininum in
magneſſa ⁊ magnetis exit: quemadmodum in fine capitis huius dicetur. Paries. etis. Ouidi. iiij. meta. fiſus erat tenui rima
quam durerat olim cum fieret paries Aries. etis. ratione ſexus ⁊ geniture maſculini generis eſt. Stipes. itis. Verg. in more
to. Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus.Ceſpes. itis. Perſius. nunc ⁊ de ceſpite viuo frange aliquid. Satelles. itis
Juuena. Diruſq; a ponte ſatelles. Dies diei pro ambitu ſolis diurno: ⁊ habet numerū multitudinis. vt dies natalitius. di
es luſtricus. dies dominicus: non natalitia. luſtrica. dominica. Pro tempore vero femininum eſt: ⁊ caret plurali: vt longa di
es homini docuit parere leones Vegi. ij. ẽne. Uenit ſumma dies ⁊ ineluctabile tempus. A die pro eo quod eſt ſolis ambitus
diurnus aut latio eius ſuper horizonta dicitur meridies: quaſi medius dies eiuſdem generis cum in eadem ſignificatione ac-
cipiatur. Sed poſuit medius dies pro meridies: quod in carmine heroico vix recipitur. Plinius frequēti⁹ vtitur medio die
q̄ meridie: vt de fonte cyrenayco a medio die ad mediam noctem aquis feruentibus totidem horis ad medium diem rigen
tibus. Et grecum prime. Quod nomina greca per primam vel per tertiam declinationem latinā inflexa generis ſunt maſ-
culini: vt planetes. e. cometes. e. pyramides. e. tidides. e. ⁊ ventorum nomina. vt apeliotes. e. argetes. e. ⁊ que ſupra memorauī
mus: cum determinatis in. a. diſſeruimus Lebes. etis. tapes. etis. cres. etis. Ouidi. in epiſtolis. briſeidis addidit ⁊ tuluos.
precioſo ex ere lebetes. Verg. ix. ẽne. Armaq; craterasq; ſimul pulchro ſq; tapetas. Sed reperiuntur etiam in. es. terminata
neutri generis. vt hippomanes. cacoethes. ſcyllites. myrrites. Juuena. tenet inſanabile multos ſcribendi cacoethes. Vergili.
iij. geoz. Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt paſtores: lentum diſtillat ab inguine virus: hippomanes q̄
ſepe male legere nouerce. Juuena. Hipomanes carmenq; loquar coctumq; venenum. Plinius libro. xxx. in aceto ſcyllite de
coeti. ⁊. xxxij. idem ex aceto ſcylite. Idem libro. xiiij. ℳulta de vino myrrite quomodo ſiat ex auctoritate Catonis. Sed
cōia ſunt. Quod nomina hic explicata cōia ſunt duorum generum: vt hic ⁊ hec miles. Ouidi. ij. metamorph. De calliſto. mi
les erat phoebes: nec menalon attigit vlla gratior hac triuie. Comes. itis. Vergi. ij. ẽne. Nec comitem hinc aſportare creu-
ſam: quod etiam neutris iungi poteſt. vt Luca. Rerum nos ſumma ſequetur imperumq; comes. Superſtes. itis. Ouidi.
i. meta. O ſoror. o coniunx. o. femina ſola ſuperſtes. Etiam neutro idem iungit. iij. elegiarum. poſt mea manſurum fata ſuper-
ſtes opus. huic etiam poteſt annumerari preſtes. itis. ℳartianus capella. genium etiam preſtitem: quod preſit gerūdis omni
bus vocauerunt. ⁊ ℳacrobius. j. ſatur. deos preſtites homini naſcenti quattuor eſſe. ſed a preſtando potius. ā̄ a preſidendo
ſalua martiani auctoritate deductmu videtur. Antiſtes. itis. Licero primo de oratore. Utrum qui ſit primus eius artis anti
ſtes. femininum frequentius reperitur in. a. antiſtia. e. Licero in verrē. Sacerdotes cereris atq; illius fani antiſtie maiores na
tu. probate. Vergili. in ciri. icta ne barbarico cibeles antiſtia buro. Ouidius. xiij. metamorpho. Tractiſq; comis antiſtia phe
bi. Locles. itis. quod ratione ſignificationis ad vtrumq; ſexum pertinet. Plinius libro. ij. Ab oculis. qui altero lumine
orbi naſcuntur: coclites vocantur. Diues. itis. Vergili. Carthago diues opum. iungitur etiam neutris: vt apud Vale. ma
xi. in. ij. Diues ⁊ prepotens nature regnum ſcrutatus. Ouidi. ij. Faſtorum. pietas pro diuite grata eſt munere. ℋoſpes. itis.
Luca. in. v. ℋoſpes in externis audiuit curia tectis. cuius femininum etiam in. a. reperitur: apud eundem libro. iij. Tunc ob
tulit hoſpita tellus puppibus acceſſus faciles. Vergili. iij. ẽne. Bellum o terra hoſpita portas. iungitur etiam neutris. Hora
tius primo. epiſto. Nam que diſerta ⁊ in hoſpita teſquaq; credis. Soſpes. itis. cuius femininum etiam in. a. exit. Ouidio. ij.
faſtorum de iunone. Soſpita delubris creditur aucta nouis. Pedes. itis. Vergili. iiij. ẽne. Longreſſus pedes hunc veni-
entem cuſpide longa. Interpres. etis. Vergilius. iiij. ẽne. Nunc ioue miſſus ab ipſo interpres diuum. Eques. itis.
quod cum nomen dignitatis eſt: ad viros tantum pertinet. cum vero inſidentem equo ſignificat: ad feminas etiam pertinet
ſicut ⁊ pedes. itis. Indiges. etis. Ouidius. xiiij. metamor. de enea. quem turba quirini nuncupat indigetem. Heres he-
redis. cuius ſignificationē manifeſtū eſt vtriq; ſexui cōpetere. Hebes. etis. qd̄ etiā neutris iūgitur. Juuena. hebeti lautiſſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma ferro. Teres.etis. quod neutris quoq; iũgitur. Ter. vij. eñe. Sed hec tereti mos est aptare flagello. Columela. aut teretis mali: aut tecte cortice grandis. Præpes præpetis. Lucanus in. ix. de perseo. ⁊ subitus præpes cyllenida sustuli harpen. Cum neutro etiã iũgit Enni⁹ apud ℳacrobium. vj. saturnalium. Nec respirãdi fit copia præpete ferro. Locuples. etis. Iuuena. Vidua est locuples: q̃ nupsit auaro. quod etiam auctore Prisciano neutris iungi potest. Perpes perpetis. pro perpetu⁹ ⁊ cõtinuus. Justinus. lib. v. Perpeti nocte fortunã publicã questibus iterant. ⁊ in hymno. perpes corona præsulum. potest etiam quẽadmodũ ⁊ superiora neutris aptari. Ales.

Et teres.& præpes:locuples.& perpes.& ales.
Inquies & uates. Quod format pes.sedeoq;.
Est quoq; nomen in.is.muliebre.Sed esto uirile
Corbis.& ædilis.fascis quoq; piscis.& axis.
Et collis.uermis.& callis.follis.& ensis.
Mensis cũ uecti.postis.glis.fustis.& anguis.
Et torris caulis. lapis.unguis. torquis & orbis.
Et sanguis.cucumis.iunges cum uomere puluis.
Quæq; silent alii libys.atq; canalis.aqualis.
Et quibus.n.præit.is.Et quod cõponis ab asse.

itis. Uergil. in moreto. Excubitoq; uiẽ cantu p̃ diferat ales. ℳartia. Alitis eximie cauda supba fuit. Inquies triũ genet̃ est teste Prisciano. Gellius lib. viij. Labor hic vigiliarum inquies. Sallustius apud Priscianum in primo historiarum. vitio humani ingenij: quod inquies atq; indomitum semper. Eius quoq; simplex apud antiquiores reperitur trium generum. Ennius. Mamq; eius mentem fecerat fortuna quietem. Licinius. non minimope milites quietes volebant esse. Uates. is. Juuenalis. Sed vatem egregiũ cui nõ sit publica vena. Ue. iij. eñe. Aut quẽ tunc vates cassandra moueret. Que format pes sedeoq;. Quod composita ab hoc nomine pes pedis. ⁊ ab hoc verbo sedeo sedes superioribus annumeranda sunt. sed de compositis a pede paulo ante dixi mus. ⁊ a sedeo hic ⁊ hec præses. idis. reses. idis. obsedes. idis. deses. idis. Lucan⁹ in nono natura deside torpet. ⁊ a sedeo quoq; ℳartianus capella præsides. itis deduxit. ait nãq; de philologie nupitiis geniũ præsitem quod præsit gerundis omnibus vocauerunt. ℳacrobius in primo saturnalium. Deos præsites homini nascenti quattuor esse. Est quoq; nomen in. is. Quod nomina in. is. definentia feminina sunt. vt hec auis. puppis. classis. nauis. messis. ℳascula vero sunt: que ponuntur in serie quinq; versuum sequentium. hic corbis. is. Seruius tamen primo geor. semininum esse dicit Ciceronis auctoritate: qui ait messoria se corbe contexit. Aedilis. is. quod magistratus nomen ad viros tantum pertinet. Fascis. is. Uergi. in buco. Ego hoc te fascе leuabo. Piscis. is. pro semina. Ouidius in secundo de arte dixit. Inuenit in media semina piscis aqua. Axis. is. Idem secundo meta. aure⁹ axis erat. Collis. is. Uergi. Collẽ qui plurib⁹ vbi imminet

Uermis. is. cuius diminutiuũ vermiculus masculinum esse ostendit. Callis. is. Uergili. in. vj. secreti celant calles. Follis is. a quo diminutiuum est folliculus paruus follis. Ensis. is. Juuenalis. Ense velut stricto quotiens Lucillius ardens. cui⁹ diminutiuum ensiculus ⁊ ensicula est. ℳensis. Uerg. totosq; ex ordine menses. Uectis. is. Postis. is. Uergili. Posteq; sub ipsos nituntur gradibus. Glis. iris. ℳartialis. Sõniculosos ille porrigit glires. Fustis. is. a quo diminutiuum declinatur fusticulus. i. Anguis. is. Uer. ij. eñe. Gemini imensis orbibus angues. Ualeri. magi. in primo femininũ ptulit hec anguis. Torris. is. Flaccus tertio argonautice. viuoq; reluxit torre focus. Caulis qui etiã colis dicitur. vnde coliculus. Hora. ij. ser. Cole suburbano qui siccis creuit in agris. Torquis: quod frequentius genere femino reperitur. Gellius. lib. viij. torquis ex auro quam ex hoste quem occiderat detractam induit. ⁊ paulo post torquem detraxit: eamq; sanguinolentam sibi in collum imponit. Justinus lib. xliij. Torque aurea donatus. Apuleus secũdo floridorum. Circulo mineo veluti aurea torqui. Hieronymus quoq; multis in locis. vt Judicum. viij. preter torques aureas camelorum. sed ⁊ masculinum reperitur: vt apud Sillium quarto puni. Colla viri fuluo radiabant lactea torque. ⁊ Liuius. vij. ab vrbe condita. in tantũ vno torque spoliauit. quem respersum cruore collo circũdedit suo. Suetonius in augusto. lapsu debilitatum aureo torque donauit.

Queq; silent alii. Cum omnes grãmatici libys. ⁊ canalis ⁊ aqualis cuius sint generis siluerint: dicit q̃ generis sunt masculini. Nam cum libys gentile sit posset quispiam putare quod est cõe duorum generum: nos dicimus nusq̃ reperiri nisi genere masculino. ℳartialis. ⁊ libys in longo puluere sudet eques. ⁊ Luca. i. vj. Cum iaculum parua libys amẽtauit arena. ci⁹ femininum libyssa est vel libystis. vt infra dicemus. Canalis quoq; cum omnes sub genere femino reliquerint: tũ Seruius grãmaticus id expressit. ait cni in illud vergilij tertio geor. Currentem ilignis potare canalibus vndam. canalis melius genere femino proferimus. Ego contra dixerim vsitatius genere masculino esse proferendum. vt Uergili⁹. in etna. quod si diuersos emittat terra canales. ⁊ iterum. nec tamen in rigidos exit contenta canales. atq; iterum adhuc. pressoq; canali huc illuc ageret ventos. Seneca. iij. natu. q. amisso canali suo flumina primum refunduntur. Idem in. iiij. tandem tenuissimos canales tenent: per quos angusta rupium effugiunt. Idem in. iij. sulphuratam aquam circa canales suos durari. ⁊ in eodem vtraq; in capitolio est canali vno discreta. Celsus li. iiij. Tulua recta continuataq; ceruice. quem canalem vocant. Seneca in epistola. cviij. Illum turba per longi canalis angustias tractum. Apuleius. vj. meta. Canali directo pergas ad ipsam orci regiam. ⁊ ibidem angusti canalis exerto contecti tramite. ⁊ in libris digestorum. ti. de riuis. l. seruius. si quis nouum canalem apud antiquiores inueniri aliquando etiam femininum: vt apud Catonez ⁊ apud Varronem: sed ego de optimorum vsu loquor. nam Catoni ⁊ Varroni quantum auctoritatis haberi debeat: initio testati sumus. Aqualis preterea nemo est qui ex regulis traditis non dicat esse generis feminini: sed quomodo Varro dixit de origine lingue latine: ab aqua aqualis est dictus: vnde etiam per diminutionem aqualiculus fit: quod ipsum argumento fuerit aqualis esse generis masculini. Et quibus. n. præit. is. Quod nomina habentia. n. ante. is. generis etiam sunt masculini. vt hic panis. cinis. ignis. funis. quod generis esse masculini Quintilianus ex illius diminutiuo funiculus ostendit. Tam etsi Lucilius feminino sit vsus apud Gellium lib. xij. Aurea de celo submisit funis ⁊ arua. Clunis. is. Juuenalis. ad terram tremulo descendunt clune puelle. Horatius tamen primo sermonum femininum esse ostendit. quod pulchre inquit clunes. Amnis quoq; antiquiores genere femino dixerunt. Et quod cõponis ab asse. quod ab asse composita sub hac terminatione generis sunt masculini quemadmodum ⁊

as. assis. vt semis. cẽtussis. bessis. tressis. octussis. decussis. bigessis. In libris digestorũ titulo de vulgari ⁊ pupillari substitutione. l. si pater. ut vnus semis apud te maneat. Persius. curto cẽtusse licerur. ⁊ Lucillius apud Gelliũ lib. ij. Fanni cẽtussesq; missellos. Adiectiua dabis cõia. Quod nomina adiectiua sub hac terminatione cõia sunt duorũ generũ. ut hic ⁊ hec nobilis. fortis. breuis. tricuspis quoq; ⁊ si nõ habet genus neutrũ tricuspe. põt tñ in obliquis casibus etiã neutris iungi. Ouid. j. meta. Positoq; tricuspide telo. Sãnis. itis. nõ solũ vtriq; sexui aptari potest auctore cesare in libris de analogia. verũ etiam antiquiores hoc samnite ptulerũt. vt Neui⁹ in carmine belli punici. Luius tñ li. x. ab vrbe nõ ẽ ausus generi feminino aptare. cũ nusq̃ reperiat̃ nisi masculino. ait enim cohortiũ samnitaruq; paullisper recruduit pugna. Dis vitis qd̃etiam neutro iunctũ inuenitur. Hora. j. ser. Bruto prætore tenente vitẽ asiã. Lucanus in. viij. Non illic lybi ce posuerũt vitia gentes templa atq; etiam in singulari hoc vite: quod Prisicanus negat reperirẽ posse. Flaccus in secũdo argonautice. Mõ populos non vite solũ nõ villa parenti regna peto. Tẽstis plerũq; generi neutri cõiunctũ reperitur. vt Lucanus in. ix. Teste tulit celo victi decus orionis. ⁊ Horatius testis metaurum flumẽ: ⁊ Propertius sidera testes. ⁊ Hieronimus ad eustochiũ Testis est tribunal: ante quod iacui. Sunt qui putẽt his præceptionibus deesse pauca nomina q̃ iuniores grãmatici posuerũt. bipẽnis. altilis. molaris. Sed opinor hi nõ putabãt hec noia triũ generũ esse cõia. quod si vspiã quasi substantiua reperiantur: illius erunt generis cuius est substantiuum: quod subintelligitur: vt hic ⁊ hec bipẽnis. ⁊ hoc bipenne declinatur. Uergi. xj. ene. Ferru sonat alta bipẽni fraxinus. J dẽ tamẽ quasi substantiuum posuit secũdo ene. Correpta dura bipẽni roborа perfringit. Eodẽ modo hic hec altilis ⁊ hoc altile declinatur. Plinius libro. xix. ℳeu prodigia neutris. ecce altiles spectantur asparagi. Idem in. ix Coclee quoq; altiles ganeam implerent. Cũ vero Juuenalis dixit ad nos iã veniet minor altilis: gallina intelligit: qõ ℳartialis expressit in distichon: cuius titulus est galline altiles. Eadẽ quoq; rõne hic hec molaris declinatur: nimirũ a mola possessiuum. sed cũ dixit Juue. pressoq; diu stridere molari intelligitur dens. ⁊ cũ Papinius. v. theba. vastesq; sudes fractiq; molares: intelliguntur lapides. quod Ver. expressit in etna. quippe molaris illius incendi lapidis. ⁊ paulo post. ardenti lapidẽ causam esse molarẽ. Breca nomina sub hac terminatione feminina sunt plerũq; sed reperiuntur aliquãdo masculina: vt apud Uergilium. iij. geor. ⁊ iapidis arua timaui. Momẽ in. os. Quod nomina in. os finita generis sunt masculini. vt ros mos. flos. labos. vapos. lepos. colos p eo qõ color. Plini⁹ libro. xxxv. Glebis suus colos: ⁊ fere nunq̃ aliter in casu nominãdi vtitur. Heros. is. cuius femininũ est heroina vel herois vel heroissa. Feminina vero sunt tria. Arbos. oris. hec vos votis. hec cos cotis. que alio modo hec cautes cautis declinatur. propter eam affinitatem que est inter. au. diphthongon ⁊. o. Sed neutra sunt hoc epos. i. genus carminis. Hora. j. ser. Forte epos acer vt nemo varius dicet. ℳar. Scribebamus epos cepisti scibere: cessi. Argos. i. Ouid. j. de remedio. Uacuũ litib⁹ argos erat. Luca. in. vj. Ubi nobile quondam nunc super argos arant Chaos. i. Idẽ in. ij. In chaos antiquũ confundimur. ℳelos. i. Persius. cantare credas pegaseiũ melos cũ ratio carminis non melos sed carmen recipiat. Os. oris. Uer. virginis os habitũq; gerens. Os ossis. Cato si quis membrum rupit. aut os fregit. quod etiã ossum. i. antiquiores declinabãt. sic Paccu. ossum inhumatũ dixit. Cõiasuorum generum sunt bos bouis. Uer. ille meas errare boues. Custos. odis. cõe duor̃ esse cũ omnes fatentur: tum maxime seruius exponens illud Uer. vj. ene. Cernis custodia qualis. nam cũ de tisiphone poeta loqueretur. custodia pro custos vsurpatũ eẽ dicit. Juetiã neutro iunxit. d. tituliq; cupido besuri saxis cinerũ custodibus. Sacerdos. otis. Uerg. in. j. ene. Donec regina sacerdos marte grauis. Gellius. libro. ix. femininũ protulit sacerdotissa. cedẽ inquit cerimonie sunt: quas flaminias sacerdotissas diales seorsum aiunt obseruitare. Superioribus etiam iunguntur ab hic hec potis ⁊ hoc pote cõposita. sunt aũt duo. hic hec cõpos cõpotis. impos. otis. Ouidi. pri. de arte. J sequere ⁊ voti post modo cõpos eris. Horatius in poetria. Post etiã inclusa est voti sententia cõpos. Gellius in pri. Non idoneus ad dicendũ sed ad tacendũ impos. Tis declinatũ. Quod noia secunde ⁊ quarte declinationis in. us. finita generis sunt masculini. vt hic deus. i. dis. i. sensus sensus. auditus. us. Feminina vero sunt q̃ hoc loco explicãtur. hec aluus. i. Ver. ij. ene. In latus inq; feri curuã cõpagibus aluũ. Actius masculinũ protulit ℳaia nemus retinẽs grauido cõcepit in aluo. Humus. i. quod generis feminini semper reperitur. Uannus. i. Ver. j. geor. Et mystica vannus iacchi. Ficus. i. vel ficus. us. quod pro arbore et gener ali significatione secunde ⁊ quarte declinatiõis femininũ reperitur. Juuenalis. ad que discutienda valent sterilis mala roborа fici. Licero de oratore. vtrorem suã se de ficu suspendisse dixit. Pro pomo quoq; reperitur vtriusq; declinationis generis feminini. aliquãdo etiã masculini: sed secunde declinationis tantum. Suetonius in augusto. Caseum bubulũ manu pressum ⁊ ficus biferas petebat. Plinius quoq; libro. xv. ficos ⁊ ficus sub genere femino protulit pro pomo. Varro in pri. de re rustica. Fici inquit quem edim⁹. ⁊ Lucilli⁹ apõ noniũ marcellum. sicuti cum primos ficos propalam recentes protulit. precio ingenti dat primitus primos. Pro morbo vero generis esse masculini atq; secunde declinationis testatur. ℳartialis. cum primo epigrã. libro scribit. dicemus ficos ceciliane tuos. quem versum ego non ignoro. a diuersis auctoribus aliter atq; aliter legi. Priscianus etiam pro morbo quarte declinationis esse putat. generis masculini. atq; ita legit. dicemus ficus ceciliane tuos. Talla pro morbo generis masculini Prisciano astipulatur: sed de declinatione ab eo dissentit: contenditq; sic debere legi carmen. dicemus ficos ceciliane tuos. Georgius merula non putat ℳarcialem in eo loco de morbo sensisse: sed de ipso arboris pomo. Neq; eni. vt ait: illi erat cum ceciliano contentio. nisi de nominis declinatione: quẽadmodũ voluit Aristotelis interpres in libro elenchorũ ac si poeta voluisset dicere: nos dicemus ficus: quas scimus in arbore nasci: sed dicemus ficos tuos. i. quẽadmodũ tu sentis. quod. s. ficus pro pomo generis sit masculini. Nam quod galeotus martius exposuit. dicemus ficos tuos. i. seruos ⁊ familiares. ficosos: ridiculum est. Quod vero georgius putat. ℳartialem nõ fuisse adeo impudentem: vt tam illoto atq; illiberali loco uteretur: ego non intelligo cur tam bene de illo sentiat. cũ sint illi⁹ poete alij ioci multo turpiores. Neq; in eo merule assen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio: quod putat ficum pro morbo non pertinere ad ani circulum: sed tantum ad caput. eũq; esse quẽ greci sycosim vocant. cum ꝛMartialis idem atq; Tergilius in priapeia in illum podicis morbum sepe iocentur. quod de morbo capitis frigidius cule dicerentur. grossos quoq; pro fico cum pomũ significat tũ generis masculini tum feminini reperitur. Celsus li. v. Grossi inquit in aqua cocti. Plinius libro. xv. Deprehensasq; in his hyeme grossos. Domus quoq; ꝛ colus vtriusq; declinationis reperiuntur: sed de domo libro pri. diximus. de colo Iuuenalis. Sed graue tardas expectare colos. Cicero. ij. de oratore. Quomodo ad me venis cum tua colu ꝛ lana.

Porticus. us. tribus. us. acus. us. manus. us. feminina sunt quarte declinationis nisi qđ acus i. pro pisce generis est masculini declinationis secũde. ꝛMartia. ꝛ que vertentes. quod nois greca in. os. finita que trãseunt ad nostram declinationem. os. mutata in. us. plerumq; sunt feminina. vt hec papyrus. i. ꝛMartialis. Perdite miliacas: muse mea dãna papyros. hec biblos. biblus. i. Lucanus in. iij. Nondum flumineas memphis contenere biblos. Crystallos crystallus. i. Tergilius in priapeia. Rigetq; dura barba iuncta crystallo. Costos. costꝰ. i. Catullꝰ. Regia quã suauis expirans costus odores. ꝛ Lucanus in. ix. Eoaq; costus. smaragdos. smaragdus. i. Plinius libro. xxvij. Smaragdus in quia exculpta fuerat amymone ẽiq; idem auctor frequentius vtitur genere masculino. quemadmodum ꝛ ꝛMartialis scytas smaragdos appellauit. Phaselus quoq; et si generis sit feminini apud grecos. Catullꝰ genere masculino dixit. Phaselus ille quem videtis hospites: aiunt fuisse nauium celerrimum. Dicit igitur. Tu repones plerumq; in hoc gradu. i. inter feminina illa nomina que vertentes. i. interpretes qui ex sermone greco in latinum interpretantur quandoq; terminationẽ latinã respiciẽtes. repones illa maribꝰ. i. inter masculina. vt in illo verso. Insula cincta marı dixim⁹. Tria vero reperiuntur generis neutri. hoc virus. i. ꝛMartia. virus vt hoc alio fallax permutet odore. Vulgus i. Ter. ij. ene. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. in eodem quoq; masculino genere protulit dicẽs: ꝛ spargere voces in vulgum ambiguas. Salustius in iugurta. Vulgum effusum oppido cedere. Plinius libro. viij. Id vulgum credidisse video. Pelagus pelagi. Specus quoq; antiquiores tum genere feminino: tum neutro protulerũt. Gellius lib. vij. Specus quãdam nactus remotan tenebrosamq; penetro. ꝛ Pacuuius. Aduenio in scrupulosam hpecum. Cato. Specu oppositaquo aqua deuia abiret. frequentius tamen masculinũ reperitur. Horatius. iij. car. quos agor in specus. Ouidius. iij. meta. est specus in medio siluis ꝛ vimine densus. Genus. i pro eo quod est genu. quemadmodũ supra de nominibꝰ in. u. terminatis dixi mus: generis est neutri. Penus. i. penus. us. p secundã ꝛ quartam generis sunt masculini vel feminini. hoc penus. oris. tertie semper est neutrum. Plautus in pseudolo. Misi mihi annuus pegus ab amatoribus congeritur. Luculliꝰ ꝛMagna penus paruo spacio consumpta peribit. Est preterea titulus in libris digestorũ de penu legata. sed ibidẽ frequentius hoc penus. oris legimus. quemadmodũ apud Horatiũ. portet frumenta penusq;. Affranius quoq; in penus herile dixit. ab eo quod est hoc

Porticus atq; tribus coniungis. acusq; manusq;
Et quæ uertentes permutant græca latinis.
Hoc plerũq; gradu. maribus qnq; repones.
Hæc tria neutra facis. uirus. uulgus pelagusq;.
Tertia quod nomen declinat dicito neutrum.
Sed duo mascula sunt lepus & mas. Attamẽ ista
Fœmineo genere sunt uirtus. atq; iuuentus.
Et palus atq; salus. & quod dat seruio nomen.
Et pecus pecudis. incus. subscusq; senectus.
Sint coniuncta tribus uetus. intercusq; Duobus
Sint coniuncta tibi tria tantũ. sus. lygus. & grus
Masculus est hic præs. Sed neutrũ dicitur hoc. æs
Et duo fœminea. laus laudis. fraus quoq; fraudis
S. muliebre datur. si consona iungitur illi.
Attamẽ esto mas fons. dens. põs. uulnificꝰ seps.

penus. Seruꝰ quoq; neutro genere Plautus in rudente protulit. d. virile sexus nunq; vllum habui. Tertia quod nomẽ Quod nomina in. us desinentia tertie declinationis generis sunt neutri. vt hoc tẽpus. oris corpus. oris. sydus. eris. vulnus eris. rudus ruderis. quod: vt diximus. ruder quoq; ruderis declinatur. ꝛMascula vero sunt duo. hic lepus. oris. hic mus muris. Feminina sunt octo tantũ hec virtus. utis. iuuentus. utis. palus. udis. salus salutis. et quod dat seruio nomen. i. verbale siue participiale nomẽ ab hoc verbo seruio. is. hoc est seruitus. utis. Pecus. udis. pro vna tantum gregis animante. nam pro toto grege hoc pecus. oris dicitur. Incus. udis. senectus. utis. Subscus udis. femininum quoq; esse ostendit. Pacuuius apud festum dicit. nec vlla subscus prohibet compagem. require in declinatione. Sunt contũcta tribus. Qđ huiꝰ ordinis duo nomina reperiuntur cõia triũ generũ. hic hec hoc vetus. eris. pro quo antiquiores. veter. eris. dicebant. Accioꝰ. Veter fatorum terminus sic iusserat: vnde etiam superlatiuum declinatur veterrimꝰ. Intercus q̃q; intercutis cõe trium est Gellius li. xviij. Liberatum se esse aque intercutis morbo. Idem libro. xj. Intercutibus ipsi vitijs madẽtes. quemadmodũ ꝛ Cato dixerat intercutibus stupris inquinatus. Duobus sint coniũcta. quod duorum generũ cõia tria tantum reperiuntur hic ꝛ hec sus suis. Tergi. iij. geor. Bentesq; exacuit sabellicus sus. Idem iij. ene. Inuẽta sub ilicibus sus. Lygus vel lygur vt supra diximusꝰ. cõmunis duorum generũ est. sed vt ego suspicor: lygur generis est masculini. lygus vero cõmunis duorum Grus. is. Ter. j. geor. Strymonieq; grues. Horatius secundo sermo. discerpta ferentes membra gruis sparsi. ꝛMasculus est hic pres. Quod in. es. diphthongõ finita duo tantum reperiuntur. hic pres predis masculinum. ꝛ hoc. es. eris. neutrum. ꝛ in. aus. quoq; diphthongon idem duo feminina. hec laus laudis. ꝛ hec fraus fraudis. S. muliebre datur. Quod nomina finita in. s. habentia consonantem ante. s. generis sunt feminini: vt hec puls pultis. hyems. is. glans glãdis. ars. tis. frõs frondis pro arboris folio: quod etiam hec frons. dis. declinantur. frons. tis. Tergilius. primo ene. Fronte sub diuersa scopulis pendentibus antrum. Idem in. vj. Sed frons leta parum ꝛ deiecto lumina vultu. Gellius tamen libro. xiiij. Tum ratione analogie tum auctoritate antiquorum contendit rectius debere proferre frons in genere virili: q̃z in femmino: citatq; Lecilium: qui ait. nam ij sunt inimici pessimi fronte hilaro. ꝛ Latonem in. vj. originũ dicentẽ. postridie signis collatis equo fronte pugnauit. Probat etiam. ex proportionis ratione: quia omnia nomina in. ns. terminata si adiectiua non sunt mascꝰ lina semper reperiuntur. vt hic mons. pons. fons. dens. que proculdubio masculina sunt Seps quoq; sepis masculinũ est pro serpente. addidit igitur vulnificus alludens ad illud. Lucanꝰ. libro. x. Ossaq; dissoluens cũ corpore vulnificus seps hũc Plinius libro. xx. Sepa. c. in genere femmino posuit, ꝛMultipedem inquit sepam greci vocant oblongam. pilosis pedibus.

pecori pcipue nociuam. Idem. xxxij. ceraſten: aut quas sepas vocant. Chalybs chalybis. siue pro illis ponti prope phalagoniam populis: siue per metonymiam pro ferro. Uerg. j. geor. Et chalybes nudi ferrum: quod ex proportiõe eo modo facit se mininũ chalybissa: quo arabs arabis arabissa. Hierony. in prologo iob. ꝛ accepit vocem arabissam. Lybs quoq; pro vẽto: quem latini aphricam appellant. ex significatione generali masculini generis est: vt reliqua ventorum nomina. Polisyllaba inuge. Quod nomina plurium syllabarum in. ps. desinentia masculini generis sunt. vt hic hydrops. opis. merops. opis. cpops. opis. europs. opis. cyclopꝰ. opis. adonis. ipis. manceps. ipis. Aethiops. opis. cuius femininum Hieronymus posuit ethiopissa. e. Numeri. xij. locutaq; est maria ꝛ aaron contra moysen pro vxore eius ethiopissa. Reperitur tamen forceps genere femino. vt apũ Ouidiũ. xij. me. Quem forcipe curua cum faber duxit. Persius. Labefactent forcipe adũca. Et ptes assis. Quod partes assis siue pro libra duodecim vnciarum ꝛ siue pro solida hereditate generis sunt masculini. vt hic triens. entis. quadrans. antis. quincunx vncis. sextans. antis. septuns. cis. dodrans. antis dextans. antis. decuns. vncis. deuns. vncis. Juuenalis. Nec habet quem porrigat ore trientem. ꝛMartia. Et q̃drãs mihi nullus est in arca. Prisscia. de ponderibus. septũcem dempto quineũcẽ vocarunt. Dodrantem freliquũ vocant quadrante retracto. Et si dextantem retrahas erit ille decunces. Tamen est cõe duoꝝ. Quod quinq; noia que vno versu complexus est cõia sunt duorum generũ. Celebs. Horatius. de scipio. iij. car. martijs celebs quid agam calendis. Idem primo epistola. Nil ait esse prius melius nil celibe vita. Princeps. Juuenalis. Lytharedo principe natus. Uergi. x. ene. Tu mihi nunc pugne princeps: tu diua secundo. Pro quo iuniores dixerunt. principissa: sicut a dux ducissa: a comes cometissa. Infans pro puero ꝛ puella. qui per etatem nondum fari possunt. nam pro non loquente commune est trium generum. ꝛ sic dicimus ora infantia ꝛ homo infantissimus. Bifrons: duas habẽs facies. Uer. xij. ene Janũq; bifrontẽ ꝛ sic rẽ quãpiã bifrontẽ possumus dicere: ꝛ dianã trifrontẽ: quẽadmodũ Uer. iiij. ene. Tria virginis ora diane. ꝛ eundẽ ianum ẽdrifrontẽ auctore ꝛMacrobio ꝛ ꝛMartiale. Parẽs. vterq;. i. pater ꝛ mater. Uergili. v. ene. Salue sancta parens. Idem in. ij. Alma parens confessa deam. Adiectiua tribus. Quod nomina adiectiua ratione significatiõis cõmunia sunt trium generũ. vt hic hec hoc prudens. ingens. discors. iners. inops. ꝛ a capite cõposita. vt biceps anceps. ꝛ a capio. is. vt particeps. municeps. q̃q; in plurali vir possent neutris iungi: quod aliud significare viderentur municipia participia. sed manceps. ipis. vt diximus generis est masculini: quod tantum viris eius significatio competit quẽadmodũ e diuerso forceps generis est masculini: tam etsi a capio declinetur. Quod vero de torrens quidam obijciunt. ij mihi nõ videt intelligere quid torrens significet: neq; tantum est fluuius temporarius: sed etiam quicquid fluit. vt apud Juuenalem torrens dicendi copia. ꝛ alio loco. Ipse o inquit torrentior. Uergilius in buco. Torrentia flumina dixit. Mefrens quoq; pro ablactato procello ab eo victus. vt Uarro in. iij. de re rustica scribit: quod nondum fabam aut glandem frendere hoc est frangere pot ex ratione significationis nunq; reperitur nisi generis masculini quia semper subintelligitur procellus: nec de alia re dicit.

Et cũ monte calybs & arabs. Polisyllaba iunges.
In quibus ante uenit. p. lra. quod ꝓbat hydrops
Et partes assis. tamen est cõmune duorum.
Cælebs. & princeps. infansq;. bifrõsq;. carensq;.
Adiectiua tribus iungunt sua significata.
Neutrũ pone caput. git. sinciput. occiput adde.
Si monosyllaba sunt in. x. finita: referto.
Fœmineo generi sed thrax phrix masc̃a rex grex
Et calx cũ pedis est. nã calx hæc stringit arenã.
Ad duo dux facies cõmune huic adiice coniunx.
Sunt polisyllaba in. ax. tibi tm̃ mascula thorax.
Nycticorax. limax. dropax. cũ storace abaxq;.

Neutrũ pone caput. Jn. t. neutrũ reperiẽ hoc caput itis. ꝛ duo cõposita ab illo. sincĩput. pitis. ꝛ occiput. pitis. nã interciput qđ quidã dixerunt non est latinũ. Juuenalis. comedam ego flebile nati sinciput. ꝛ Persius. Occipiti ceco: postice occurrite sane. Plinius ꝛ Celsus nunq; occiput. sed semp occipitiũ appellant. ꝛ Suetonius in caio. comatos quotiens sibi occurreret occipitio deturpabat. Duo quoq; reperio neutra indeclinabilia. hoc. git. frit. Plinius libro. xx. Git ex grecis alij melanthiõ alij melan spermon vocant: optimũ q̃ excitatissimi odoris. ꝛ q̃z nigerrimum. Esaie capi. xxviij. Seret git ꝛ cyminum spargit. Uarro primo de re rustica. Illud autẽ in summa spica iã matura: quod est minus q̃z granum: vocatur frit. Si monosyllaba. quod nomina monosyllaba. in. r. desinentia generis sunt feminini. vt hec par. falr. lanr. nix. nor. lux. ꝛMascula vero sunt hic tbrar. Horatius. Tbrar est gallina syro par. eius femininũ est traissa. non threissa. nam ai diphthongus est greca que soluitur. non ei: vt notauit. Georgius merula in illud Uergili. j. ene. vel qualis equus thraissa fatigat harpalice. Phrix gis. cuius femininum est phrigia. Tergilius. ix. ene. o vere phrigie. neq; enim phrixes: hoc est o vere femine troiane ꝛ nõ troiani. Rex regis. grex. gis. calx. cis. pro ea pedis parte: qua terram calcamus. vt Seruius inquit in illud Uergilij. v. ene. Calcemq; terit iam calce diores. Apuleius. vij. meta. Expugnata patientia mea calces validos extuleram. Reperitur etiam femininum in hac significatione. Uergili. ix. ene. quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Cicero primo thuscu. nunc video calcem: ad quam cum sit decursum. Gellius libro. xiij. Cursus eorum ad eandem. virtutis calcẽ tendentium. nã vtro biq; p translationẽ p fine siue extrema alicuius rei parte accipit: sicut planta corporis est terminus. Calx quoq; pro lapide in cineres ignibus soluto: qua vtimur in structuris generis est feminini. ideo dixit hec calx stringit arenam. quia fine calce in tritum ex terra siue argilla facile soluitur. Unde caius cesar auctore tranquillo. Senece genus dicendi aiebat esse arenam sine calce. Duorum generum commune est hic ꝛ hec dux. Uergili. j. ene. Dux femina facti. pro quo. vt supra memorauimꝰ quidam perperam dicunt ducissa. Coniunx quoq; duorum generum commune est quod extra ordinem inter monosyllaba posuit: quia solum cum duce in genere conueniebat. Sunt polisyllaba in. ax. Quod nomina polisyllaba in. ax. desinentia pauca reperiuntur. hec fere. thorax. acis. Silius libro. iiij. Passurus dextras atq; irrita vulnera thorax. Uer. xj. ene. Bis ser thoraca petitum perfossumq; locis. Nycticorax. acis. quod generis est masculini apud grecos quemadmodum ꝛ corax. vnde deriuatur: interpretatur enim nycticorax conuus noctis. Limax. acis. Columela. implicitus conche limax hirsutaq; campe. Dropax. acis. Serenus nec non apposito curantur dropace membra. ꝛMartia. li. x. Leuis dropace tu quotidiano. Storax. acis. Uergilius in ciri. Non storace ideo flagrantes picta capillos. declinatur etiam Styrax. styracis. ꝛ styrace. es. sed hoc vltimum genere femmino. Abax. acis. quod teste Prisciano idem est quod abacus. i. Jabulenus libro. xxxij. digestorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui est de legatis.iij.l.heres.cui corinthia inquit vasa legata essent:abaces quoq; eorũ vasorũ collocãdorũ causa paratos vi deri ꝓ quo in omnibus fere codicibus extrita.a lra baces nihili verbũ reperitur.Duo quoq; dicit feminina reperiri. Smilax.acis.species hederę est. vt refert Plinius libro.xvj.in quam puella dicitur fuisse conuersa dicẽte Ouidio.iiij.me. ꝛ ero con in paruos versum cũ similace flores. Fornax.acis. Ex.finita tibi.Quod nomina definẽtia in.ex.masculina sunt. vt hic pulex.verũex.pollex.vertex. Feminina vero sunt halex.ecis.nam pro pisce.ꝛ pro garo generis est feminini.quemadmoduꝫ probauimus cum de nominibus in.c. finitis dictum est. Forpex quoq; sicut ꝛ forceps generis est feminini.nã alterum ab altero per antistechõ dictum est. Vibex.icis.Persius.Si puteal multa cautus vibice flagellas. Carex caricis.Ver.iij geor. Et carice pastus acuta. Imbrex.icis.Plinius libro.xxxv. Primusq; personas tegularum extremis imbricibus imposuit.q̃ inter initia pro totypa vocãtur. Seruius in illud Vergilij.iiij. geor. Angustiq; imbrice tecti licet inquit hic imbrex lectum sit:melius secundum Plautũ hec imbrex dicitur.ait eni fregisti imbrices meas.Plautus in milite. q̃ meas fregisti imbrices ꝛ tegulas Supellex.lectilis.Persius. Moris cõ sit tibi curta supellex. Culex. Plautus in cassina.ebo tu nihili cana culex. Quod sit in.ix.Quod nomina in.ix.definentia feminina sunt. vt hec perdix.cornix.filix.lodix. Juuenalis.Magne mentis opus nec de lodice paranda quamq̃. Asinius pollio sermonis latini auctor exactissimus hos lodices genere masculino protulit. vt Quintilianus libro primo refert. Masscula vero sunt.hic fornix.icis.Auienus in arato.demittat gemino se fornice circulus. Silix. silicis.Lucanus. O nunq̃ pacate silix.a quo femininum est silissa. Ouidius primo fastorum. E sonat accensis spica silissa focis. Phenix.icis.pro aue.ꝛ pro vento.ꝛ pro quacunq; re mascula ex phenice regione:nam femininum mittit phenissa. Vergili.primo ene. Hunc phenissa tenet. dido.ꝛ in.iiij.ene. At nou infelix animi phenissa. Onyx.chis.Lucanus in.x. Totaq; effusus in alua calcabatur onyx.ꝛ Martialis. Vngentum quod paruus onyx.ab eo cõpositum sardonyx. vt statim dicemus etiam femininum reperitur Mastix.gis.quod flagellũ interpretatur: a mastigo vel mastizo. quod est flagello. asbinc dictus. Homeromastix.Vergiliomastix.Ciceromastix.homeri.vergilij.ciceronisq; reprehensor siue flagellum. Plinius in proemio. librorum naturalis historie vt obiter hos fugiam homeromastygas.Gellius libro.xvj.Lartius licinius.cui liber etiam fertur infando titulo Ciceromastyx Japyx.igis.pro vento.qui spirat ab apulia. Horatius.in.iij.car. Nequid albus peccet iapyx. Calix.icis.pro vase potorio. Idem secundi calices. quem non fecere disertum. Onyx.igis. Juuenalis.ꝛ getulus onyx ꝛ phenicopterus ingens. Matrix.icis.pro serpente.Luca.in.ix.ꝛ matrix violator aque.quamq̃ Lucillius in.ij.satyrarũ femininum protulit.d.si natibus matricem impressit crassam ꝛ capitatam. Calyx calycis.pro echino glãdis siue castanee.Plinius libro.xv.Armatum his echinato calyce vallum.dicitur autem calyx a calypto quod est velocitas. vt de est apocalypsis reuelatio. Varix.icis.Celsus libro secundo.At varix ortus vel per ora venarum. subita ꝓfusio sanguinis. Spadix.icis.Vergili.iij.geor.Nonesti spadices.Bellius.libro.iij.Palme termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicit. Bombix pro materia illa:ex qua fiunt vestes generis est feminini.vnde ꝛ Plinius li.xj.caput inscripsit de bombice coa.ꝛ in eodem assyria inquit bombice femininis credimus.pro verme tamẽ ad genus generale referri debet. vt sit hic bombix vermis:hec bombix lanugo illa. Martialis. Bombix pendulus vrget opus. Voluox.ocis.ex terminatis in.ox. tantum masculinum est:est enim vermis:qui ꝛ conuoluolus ꝛ inuoluolus dicitur Feminina vero sunt. solox.ocis. pro lana birta:quamq̃ potest etiam trium generum esse commune.vt apud Lucillium.montano hirco atq; soloce.ꝛ Tintinius. lana soloci ad purpuram data. Celox.ocis.quoq; quod est genus nauis apud Plinium in septimo alioq; auctores. Phalanx quoq; additur superioribus. Vergili.ij.ene. Et iam argiua phalanx instructis nauibus ibat.ꝛ Juuena. Jũcteq; vmbone phalanges. De genere dubio. Septem sunt genera nominum quemadmodum libro in sequenti dicturi sumus. Masculinum.femininum.neutrum.commune duorum. commune trium.promiscuum.dubiũ.sed de quinq; prioribꝰ bucusq; dictum est. Promiscuum etiam ad genus terminationis refertur. Nunc vero de genere dubio dicit esse pauca nomina: que auctores alio genere ausi sunt proferri:cõ vsus atq; grãmatices regule exigebant. vt talpa.dãma. cum ratione terminationis generis sint feminini :vt apud Horatium.j.car.ꝛ superiecto pauide natarunt equore dame. Vergilius auctoritate sua vtrũq; sub genere masculino protulit. vt in buccolicis. Cum canibus timidi venient ad pocula dame.ꝛ primo georgicorum. aut oculis capti fodere cubilia talpe. Quintilianus libro.ix. fiunt ꝛ circa genus figure in nominibꝰ.nã ꝛ oculis capti ꝛ dame timidi a Vergilio dicuntur:sed subest ratio:quia sexus vterq; altero significatur. Panthera nusquam nisi genere femininо legi:vt apud Horatium.ij.epistola. Diuersa confusum genus panthera camelo.apud grecos tamen panther.eris. masculinũ est. Cardo.inis.cũ pleriq; omnes masculino genere protulerint.gracchus in atalanta proportionem secutꝰ dixit o grata cardo regiunt egressum indicans. Cupido.inis.pro deo amoris generis est masculini vel ex regula significationis generali compertum habemus.nam pro cupiditate femininum est ratione terminationis. Horatius tamen in hac etiam significatione masculinum protulit.ij.carminum dicens.cupido sordidus aufert Margo quoq; ratione terminationis femininũ est. vt apud Juuenalem summi plena iam margine libri. Papinius tamen.ij.theba.dixit. Soluerat hesperij. deuexo margine ponti. Bubo ediuerso generis est masculini.Ouidius.v.meta. Iguauus bubo dirum mortalibus omen. Idem in.xv eiusdẽ stygius dedit omnia bubo. Plinius libro.x. Bubo funebris ꝛ maxime abhominatus. Vergilius tamen.iiij. ene. auctoritate sua femininum protulit dicens. Solaq; culminibus feriali carmine bubo. Finis ꝛ clunis ideo sunt masculina, quoniã.n.habent ante.is.Vergili.v.ene. Fessiq; sub ipsum finem aduentabant.ꝛ Juuenalis ad terram tremulo descendũt clune puelle. Vergilius tamen.ij.ene.dixit hec finis priami fatorum.ꝛ Horatius primo serme. Oꝺ pulchre clunes breue qꝺ

Et duo fœminea.tibi sunt cum similace fornax.
Ex finita tibi sunt mascula.fœminea halex.
Et forpex.uibex.carex.imbrexq;.supellex.
Quod fit in.ix.nomẽ est fœmineũ.Excipe fornix
Atq; silix.phœnix.& onyx.mastyx.& iapyx.
Atq; calix.& oryx.natrix.calyxq;.uarixq;.
Quæ dant maribus.uoluox quoq; iungiturillis
Fœmineis addes solox.celoxq; phalanxq;.

¶De genere dubio.

Ambigui generis.tibi tradunt pauca poete.
Cum talpa.dama.cardo.panthera.cupido.
Et margo.bubo;finis cum puluere cluuis.

latus. Adiroq; seruium in illud Vergilij.hec finis priami putasse neq; dici posse hic finis:neq; hec clunis.ait nãq; his verbis omnia latina nomina. inanima simplicia a verbis nõ venientia in.nis.syllaba terminata masculina sunt.inanima propter canis. simplicia propter dipennis.a verbo non venientia propter finis.ergo Juuenalis bene dixit tremulo descẽdũt clune puelle. Horatius.male:quod pulchre clunes. Puluis.eris.masculinum est. Horatius primo carminum. Aut puluere troico nigrũ merionẽ: quod etiã ab illo diminutiuum confirmat puluisculus. Apuleius pro magia tenuem.candificũ. nobilem puluisculum. Propertius tamen libro elegiarum primo semin num protulit dicẽs. Sit mihi precipue puluis ethrusca dolor. Idem libro.iij ꝛ duo sint versus qui nunc iacet horrida puluis

Torquis.stirps.& adeps cũ scrobe specusq; penusq;
Cortex & silex.cum pumice.linxq; latexq;.
Et nomen lapidis quod gignit sardus onyxq;.
De noibꝰ masculinis q̃ ex diuersis terminatiõibꝰ mittũt fœmininũ in.a.uel in.is. Draco dracæna
Leo.lleæna uel lea.Caupo caupona.Fullo fullona
Latro latrona.Lacon lacæna. Tubicen tubicina
Tibiicen tibiicina.Lyricen lyricina.Fidicen fidicina.Siticen siticina.Cornicen cornicina.Oscen oscina.Flamẽ flaminica.Astur asturica Antistes antistia.Sambucistes sambucistria. Cytaristes cytaristria.Cymbalistes cymbalistria.Tympanistes tympanistria.Psaltes psaltria.prophetes uel propheta prophetis prophetidis uel ꝓphe

Torquis etiam:vt suo loco diximus frequentius femininum q̃ masculinũ reperitur Stirps quoq; pro arbore tum masculinum tum femininum esse testatur Seruius in illud Vergilij.vijene.quorũq; an stirpe nepotes.stirpem inquit cũ de genere dicimus:tantũ femininum est. vt Idẽ in eodem. Deu stirpem inuisam. cum de arbore: masculini ꝛ feminini generis inueniuntur. Horatius. Stirpes raptas ꝛ pecudes ꝛ domos. Sed de masculino Vergilius secundo georgico. Ad morso signata in stirpe cicatrix. Idem libro.xij. Sed stirpem teucri nullo discrimine sacrum.

Adeps.ipis.apud Cornelium Celsum semper femininum reperio.:vt quinto libro.adipis anserine.apud Plinium vero semper masculinum. nisi quid me fallit.nunq̃ enim aliter loquitur.nisi adeps anserinus. verrinus.humanus.ꝛ libro. xxviij.admixto anseris adipe seuoq; taurorum.

Scrobs.bis.ex generali regula femininum est Lucanꝰ libro.viij.Exigua posuit scrobe.q̃ Sermium dixisse contra artem posuisse lucanum miror::cum etiam Ouidius.vij.methamorphoseos. dixerit. Scrobibus. tellure duabus. ait namq; in illud Vergili.ij.geor.Scrobibus mandet mutata subactis.nos scrobes dicimꝰ genere masculino sed Lucanus dixit cõtra artem exigua. posuit scrobe. neq; enim quia Plautus in amphytrione dixit scrobes effodito serage nos. parum latine Lucanum Ouidium q; dixisse putandi sunt:immo magis ex arte:scrobem feminino genere proferentes. Specus.penus.de vtroq; satis multa in genere dixim. Cortex.icis.silex.icis.pumex.icis.later.icis. ratione terminationis masculina sunt. Vergilius. Raptus de subere cortex.ꝛ Martialis. Cortice depositо mollis echinus erit. Juuena. Nec meliorem silicem pedibus que conterit atrũ. Vergilius. v.ene. Latebroso in pumice nidi. Idem in primo ene. Laticeq; lieum. ꝛ.iij geor. Latices infundere cornu lenteos. Inueniuntur tamen auctores etiam genere femininо protulisse. Verg. in bucco. Mduco circũdat amare corticis. vbi Seruius ait masculino potius esse vtendum. In illud quoq; Vergilii. viij.ene. Stabat acuta silex.his verbis scribit.pene omnes hunc felicem dixerunt.nam ꝛ Varro ꝛ Lucretius ita dicunt. Tanta tamen est Vergilij auctoritas:vt persuadeat nobis etiam hanc silicem dici. Idẽ quoq; Seruius scribit in illud Vergilij. Ecce maris magni claudit nos obice pontus.melius inquit dicitur hic obex q̃s hec obex. Ouidi.quas obice firmo clauserat iliades.sed de hoc nomine in defectiuis dicetur. atq; ea causa hic non positum est.eo modo Catullus posuit sub genere femininо pumicẽ:quẽadmodum ꝛ Ennius laticem. Lynx preterea cum ex regula femininũ sit. vt apud Vergili.iij.geo. Quid lynces bacchinarie Horatius tamen in.ij.car.masculinum protulit dicens.nec curat orion leones aut timidos agitare lyncas. Et lapis nemẽ quia sardonyx hoc genus carminis non recipit:circuitione vtitur dicens.q̃ ille lapillus:cuius nomen est cõpositum ex sardus ꝛ onyx est generis dubii. Juuenalis. Radiant testudine densi sardoniches. Idem tamen alio loco dixit. atq; ideo conducta paulus agebat sardonyche. Alia fortasse reperiuntur nomina generis ambigui :que scriptores auctoritate sua freti contra vsum artemq; protulerunt genere diuerso:sed nos hec tantum annotasse sufficiat. De nominibus masculinis. Quoniam regula illa significationis:quam principio huius libri posuimus:q̃ nomina que ad mares pertinent:generis sunt masculini:ꝛ que ad feminas feminini : ꝛ que ad vtrumq; cõmunis duorum:nimis confuse atq; insufficienter fuit posita. partim explicata est a nobis per regulas terminationũ.partim etiã hoc loco explicabitur. Nõ dico nũc de illis nobus q̃ habent vtriusq; sexus distinctas terminatiões. vt magister magistra.lupus lupa.romanus romana.sed de illis q̃ cũ possint eẽ generis feminini ex ratione terminatiõis atq; illorũ significatio ad vtrũq; sexũ ptinere.tñ habẽt pro alterutro sexu diuersas terminatiões. vt ecce draco rõne terminatiõis ita potuit eẽ cõe duorũ generũ:quẽadmodũ hic ꝛ hec homo ꝛ ãsi epicenũ sub genere masculino cõphendere femininũ.masculũ tñ appellamꝰ draconẽ:feminã vero dracenã. Eodẽ mõ de leone lea vel leena dicimus. Oui.iiij.meta. vt lea seua fitim multa cõpescuit vnda. Ver.in bu.torua leena lupũ sequ. Strabo ſtraba teste Prisciano in.iiij.carmie facit. A caupone quoq; fullone ꝛ latrone.q̃ nũq; nisi de viris dicũf. vsurpãtur vt inqt Seruius feminina i.a. vt caupona.fullona.latrona.sed caupona i vsu ẽ.fullona ꝛ latrona nõdũ legi:sz si mihi eẽt necesse illã noiare.q̃ nobis linthea polire solet.ego potius fullonã q̃s fullonẽ appellarẽ:qñqdem fullo masculorũ ẽ ꝓpriũ:ꝛ eodẽ mõ latronã feminã potius q̃s latronẽ ꝛ si cũ grãmaticorũ vulgo supra dixi. vt hõ nemo iũge latronẽ. Lacõ tñ significat marẽ ex lacedemõe vrbe Martia. vel nõ est celsus adhuc matre iubẽte lacõ. femininũ ab eo Vergiliꝰ protulit.ij.ene. Nec tibi tyndaridis facies inuisa lacene. Cõposita quoq; a cano.is.in.cen.finita masculina:sũt feminina vero mittunt in.a. vt supra dixim. eũ de noibꝰ terminatis in.en.disputarem. Flamẽ.inis.sacerdos tñ de viris dr.nã sacerdotissa flaminica ꝛ flaminia dr. Astur cũ masculinũ esse dixerimus:pro feminino asturica dicimus. Antistes cũ sub cõmuni duorũ generũ posuerimus: nihilominus tamen pro femina antistiam potius appellamus:quemadmodum suis in locis dictum est. Sambucistes.e.vel sambucista.e. femininum mittit sambacistria.cymbalistes.vel cymbalista cymbalistria . cytharistes vel cytharista cytharistria . tymphanistes vel trympanista trympanistria. psaltes vel psalta psaltria. prophetis vel propheta prophetis prophetidis vel prophetissa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Poetes vel poeta poetis poetidis.qdã etiã dixerũt poetissa. Scythes vel scytha.scythis.idis.Sarmates vel sarmata sarmatis sarmatidis.de qbus oib⁹ cõplara dixim⁹ cũ de genere nosum m.a.terminatorũ disserebam⁹. Magnes magnetis semp sub hac terminatiõe masculinũ reperit siue p lapide siue p populo thessalie.nã femininũ mittit magnetis magnetidis. vt magnes.a. Ouidi⁹ epistola medee.cur vnq̃ colcos magnetida vidimus argo.nauis.eni cũ sit nomẽ:feminini generis est. Horatius.car. Magnesam hippolitem dũ fugit abstinẽs. Pari rõne. Cres.tis.cretis cretidis.vel cressa.e.mittit femininũ. Silius.iij. Poenis erat crisonis curetũ aduectus ab antris.z Tibull⁹ de dedalo libro.iiij. Phebo gratissima dona cres tulit. Ausoni⁹ quoq̃ inmonosyllabis q̃ dedalo cres posuit. Oui.j.de arte.cressa thyesteo si se abstinuisset amore. Uergil.v.ene. Cressa genus phologe.gemini circũ vbera nati. Iuue.nec minus sthenio boea q̃z cressa excanduit Hospes ptereа z solpes quãq̃z sub hac terminatione communia sunt duorũ generũ:femininum etiam mittunt m.a. hospita.iospita.quemadmodũ suo loco diximus. Ex terminatis in.os.sacerdos sacerdotissa.custos custodia.heros heroissa vl heroina vl herois.idis.tros.troas.adis.nepos neptis.Que vsurpata esse testatur. Seruius in illud Uergilii.vij.ene.Cernis custodia qualis.loquẽs enim de tisiphone inquit. custodia est que custodit. vsurpatum est autem sicut hospita z neptis. nam hic z hec custos facit.hec enim que seruiunt.m.o.vt tullo.i.os. vt nepos.in.es. vt hospes femmina ex se non faciunt.que autem inuenim⁹ vsurpata sũt. Ex terminatis in.bs. Lybs libyssa vel libystis.idis. Uergili⁹ quinto ene.hostridus in iaculis z pelle libystidis vse.Sillius libro primo.turbeq̃z libysse insignis sagulo duris. certare manipls. arabs arabissa. Calybs calibyssa:z in.ps.ethiops ethiopissa.quemadmodum in genere terminatorum in.bs.z.ps.dictum est. Ex terminatis in.x. Thrax thraissa.cilix cilissa. phenix phenissa.phrix phrigia.rex regina. que oia suo q̃ q̃z loco in genere terminationũ requirenda sunt

